



BIG
XIX-1
AGU
can





Cop. 850041

CANTUS
ECCLESIASTICUS
PRO DEFUNCTIS
DESERVIENS,

TAM IN OFFICIO, QUAM IN MISSA, AC IN EXEQUIIS
ADULTORUM, ET PARVULORUM, NECNON IN
PROCESSIONE STATIONUM.

JUXTA FORMAM RITUALIS ROMANI PAULI V.
RITUALISQUE AUGUSTINIANI.

A' mendis in hac nova Editione luculenter correctus
Affluenterque illustratus.

A D U S U M
FRATRUM EREMITARUM, AC ETIAM MONIALIUM
Ordinis S. P. Augustini in Regno Lusitaniæ.



OLYSSIPPONE 1819.
TYPIS SIMONIS THADDÆI FERREIRA.

Palatini Senatus facultate.

Padre Jose Manuel Piu.

CANTUS
ECCLESIASTICUS
PRO DEPOSITIS
DESERVENS

TAM IN ORIGINE, QUAM IN MISSA, AC IN EXORDIO
ADUCTIONUM, ET PARVULORUM, NERON IN
EXCESSIONE SEQUITUR.
JUXTA FORMAM RITUALIS ROMANI PAULI V.
RITUALISQUE AUGUSTINIANI.
Auctoris in hac nova Editione luculentius correctus
Adhuc inchoata.

AD USUM
FRATrum ERMITARUM, AC BEATI MONACHUM
Ordinis S. P. Augustini in Regno Lusitanie.



OLYMPIANO
TUMI SIMONIS THEODORI FRANKI
Pabiani & vater fecerunt.

OFFICIUM DEFUNCTORUM IN COMMENDATIONE ANIMÆ.

*Egressa anima de corpore, Prælatus, vel dignior
incipiat sine nota sequens Responsorium.*

Subvenite Sancti Dei, occurrere Angeli Dómini, * Suscipientes animam ejus, * Offerentes eam in conspectu Altíssimi. *ŷ.* Suscipiat te Christus, qui vocavit te, & in sinum Abrahæ Angeli deducant te. * Suscipientes animam ejus. *ŷ.* Réquiem ætérnam dona ei Dómine, & lux perpétua luceat ei. * Offerentes eam in conspectu Altíssimi. *Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Tunc Prælatus, seu dignior dicat: Pater noster. Secretò Aspergat corpus.*

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

ŷ. Sed libera nos à malo.

ŷ. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

ŷ. Et lux perpétua luceat ei.

ŷ. A' porta ínferi.

ŷ. Erue, Dómine, animam ejus.

4

IN COMMENDATIONE ANIMÆ.

ŷ. Requiéscat in pace.

℞. Amen.

ŷ. Dómine, exáudi oratióne[m] meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam fámuli tui *N.* (*vel* fámulæ tuæ *N.*) ut defúnctus (defúncta) sæculo tibi vivat, & quæ per fragilitátem humanæ conversatiónis peccáta commísit, tu véniâ misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

OFFICIUM SEPULTURÆ FRATRUM, AC MONIALIUM ORDINIS NOSTRI.

PEractis iis, quæ, juxta consuetudinem nostram, circa Fratres nostros ex hac vita mortali decedentes peraguntur, depositoque corpore loco consueto, horâ, quâ Prælato videbitur, fiat signum convocandi Fratres, qui omnes illuc conveniant, ibique Præsul Celebrans, vel dignior, cui ipse commiserit, induetur amictu, superpelliceo, (seu albâ si fuerit manè) & stola, ac pluviali nigro: parabuntur etiam duo Cantores superpelliceis induti. Præcedat qui Crucem portat medius inter Ceroferarios: duo Acolytbi, unus ad aquam benedictam, & librum; alius (si fuerit vesperè) ad thuribulum, omnes superpelliceis induti. Accipiant etiam Fratres candelas accensas, & omnibus ad processionem dispositis, Celebrans, antequam cadaver efferatur, illud aspergit aqua benedicta, mox voce gravi intonat Antiphonam Si iniquitates, & Cantores incitant Psalmum De profundis, Choro alternatim prosequente; ac in fine dicitur Requiem æternam, &c: repetitur tunc Antiphona Si iniquitates observáveris Dómine, Dómi-

mine, quis sustinēbit? *deinde Celebrans dicit* Kyrie eléison. *R.* Christe eléison. Kirie eléison.

Pater noster.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos à malo.

Ÿ. In memória ætérna erit justus.

R. Ab auditióne mala non timébit.

Ÿ. Ne tradas béstiis ánimam confiténtem tibi.

R. Et ánimam páuperis tui ne obliuiscáris in finem.

Ÿ. Non intres in iudícium cum seruo tuo, Dómine.

R. Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Ÿ. A' porta ínferi. *R.* Erue, Dómine, ánimam ejus.

Ÿ. Requiéscat in pace. *R.* Amen.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Suscipe, Dómine, ánimam fámulí tui *N.* Frátris nostri (*vel* fámulæ tuæ *N.* Soróris nostræ) quam de ergástulo hujus sæculi vocáre dignatus es, & líbera eam de locis pœnárúm; ut quiétis, ac lucis ætérnæ beatitúdine perfruátur; & inter Sanctos, & electos tuos in resurrectiósni gloriá resuscitári mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Dein-

FRATRUM, AC MONIALIUM.

7


Deinde defertur corpus ad Ecclesiam, & Celebrans incipit Antiphonam sequentem; ac pergit ante feretrum.



Ex-ul- tábunt Dómino. *Ps. Miserére, &c.*


ut infra in Laudibus Defunctorum, fol. 134.

Ad ingressum Ecclesiæ repetitur Antiphona




Ex ul- tábunt Dómino os- sa hu- mi li- a- ta.


Deinde in Ecclesiam ingressi, Cantores incipiunt sequens Responsorium.



Ub ve- ní- te San- cti De- i, oc-



cúr- ri- te An- ge- li DÓ- mi- ni. * Sus- ci-



pi- én- tes á- ni- mam e- jus. * Of- fe-

rén-

ré- tes e- am in cons- pé- ctu Al-
 tís- si- mi. ⁊. Sus- cí- pi- at te
 Chris- tus, qui vo- cá- vit te, & in
 si num A- bia hæ Angeli de- dú-
 cant te. * Sus- ci- pi- én- tes á- ni mam
 e- jus. ⁊. Ré qui em æ- tér- nam
 do na e- i, Dó mi ne, & lux per pé- tu- a
 lú-

FRATRUM, AC MONIALIUM.

9

lú- ce-at e- i. * Of fe-
 rén- tes e- am in conspé- ctu Al-
 tís- si- mi. Ky ri- e e lé-
 i- son. Christe e lé- i son. Ky- ri- e
 e lé- i- son.

Si immediatè celebrandum sit Officium Defunctorum, vel sequatur Officium Sepulturæ, tunc in hoc Responsorio non dicitur Kyrie eleison.

Deposito in Ecclesia Defuncti corpore, si fuerit mane, & tempus opportunum, cantetur Officium Defunctorum cum Missa sub ritu Duplici: Si

B

ve-

*verò fuerit vesperè, tunc fiat Officium Sepulturæ
solemnièr, ut sequitur.*

*Crux inter Ceroferarios ad caput defuncti sis-
tat; (Sacerdotum cadavera collocantur in Eccle-
sia capite verso ad Altare) Celebrans ad pedes,
ac duo Acolytbi unus ad aquam benedictam, & li-
brum; alius ad thuribulum cum incenso: adstan-
tibusque Fratribus cum candelis accensis in circu-
lo feretri, incipiat Celebrans, sine Oremus, se-
quentem orationem: nil mutando.*

Non intres in iudicium cum servo tuo, Dó-
mine, quia nullus apud te justificábitur ho-
mo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur
remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judiciá-
lis senténtia premat, quem tibi vera supplicatio
fidei Christiánæ comméndat: sed grátiâ tuâ illi
succurrénte, mereátur evádere iudicium ultiónis,
qui dum víveret insignítus est signáculo Sanctæ
Trinitátis. Qui vivis & regnas in sæcula sæculó-
rum. *ꝑ. Amen.*

*Cantores incipiant Responsorium Subveníte
Sancti Dei ut suprà: Si vero recitatum jam fue-
rit; ejus loco cantetur sequens*


FRATRUM, AC MONIALIUM.

RESPONSORIUM.

Qui Lá- za rum re- sus- ci-
tás- ti à mo numén to fœ- ti-
dum: * Tu e- is, Dó- mi ne, do- na
ré- qui em, & lo- cum in dul- gèn-
ti- æ. y. Qui ven- tú- rus es ju- di-
cá- re vi- vos, & mór tu- os, & sæ- cu lum
peri- gnem. * Tu e- is, Dó- mi-
B ii mi-

OFFICIUM SEPULTURÆ

mi ne, do na ré- qui em, & lo- cum in-
dul-gén- ti æ. ⁊. Ré- qui em æ-
tér- nam do na e- is, Dó- mi ne,
& lux per pé- tu- a lú- ce- at e-
is. * Tu e- is, Dó- mi ne, do na ré-
qui em, & lo- cum in dul gén- ti æ.
Ky- ri- e e- lé- i- son. Chris te e- lé- i-



Dum in aliquo Responsorio dicitur Requiem æternam Celebrans ponit incensum in thuribulum cum benedictione dicendo: Ab illo benedicâris, in cujus honore cremâberis. Amen. ✠

Celebrans alta voce dicit: Pater noster: quod prosequitur sub silentio; & interim, accepto aspersorio cum aqua benedicta, aspergit corpus circumcirca ambulans, ter aspergens utramque partem feretri; & dum transit ante Crucem facit ei profundam inclinationem; & rediens ad pristinum locum accipit thuribulum, & eodem modo, quo asperserat, thurificat. Postea dicit:

✠. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi.

℞. Erue, Dómine, ánimam ejus.

℣. Requíescat in pace. ℞. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, cui omnia vivunt, & cui non péreunt moriéndó cörpera nostra, sed mutántur in mélius: te súpplices deprecámur; ut súscipi júbeas ánimam fámuli tui *N. Fratris nostri (vel fámulæ tuæ N. Soróris nostræ)* per manus Sanctórum Angelórum deducéndam in sinum amíci tui Abrahæ Patriárchæ, resuscitándamque in novíssimo iudicii magni die, & quidquid vitiórum, diabólo fallén-te, contráxit, tu pius, & miséricors ábluas indulgéndó. Per Christum Dóminum nostrum & Amen.

Finita oratione incipiant Cantores sequens

RESPONSORIUM.

N E ré cor- dé: ris peccá- ta
 me- a Dó- mi- ne, * Dum vé-
 ne ris ju- di- cá- re sæ- cu lum
 per

FRATRUM, AC MONIALIUM.

15

per i- gnem. ⁊. Dí- ri-
ge Dó- mi ne De us me- us in cons-
pé- ctu tu- o vi am me- am.
* Dum vé- ne ris ju di- cá- re sæ-
cu lum per i- gnem. ⁊. Ré-
qui em æ- tér- nam do na e- is Dó-
mi ne, ⁊ lux per pé- tu- a lú- ce-

ce at e- is, * Dum vé- ne tis

ju di cá- re sæ- cu lum per

i- gnem. Ky- ri- e e-

lé- i- son. Chris- te e- lé- i- son.

Ky- ri- e e- lé- i- son.

Celebrans dicit: Pater noster. Secretò. Aspergat, & thurificet in circulo, ut supra.

- ŷ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
- Ꝟ. Sed líbera nos à malo.
- ŷ. A' porta ínferi. Ꝟ. Erue, Dómine, ánimam ejus.
- ŷ. Riquiéscat in pace. Ꝟ. Amen.
- ŷ. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

FAc, quæsumus, Dómine, hanc cum servo tuo
 N. Fratre nostro defúncto (*vel* ancílla tua
 N. Soróre nostrâ defunctâ) misericórdiam, ut fa-
 ctórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui
 (quæ) tuam in votis ténuít voluntátem; ut sicut
 hic eum (eam) vera fides junxit fidélium turmis,
 ita illic eum (eam) tua miserátio sóciét Angéli-
 cis choris. Per Christum Dóminum nostrum.
 ℞. Amen.

Finita oratione incipiant Cantores sequens

RESPONSORIUM.

L I-be ra me, Dó-mi ne, de
 mor-te æ-tér-ná * in di-e
 C il-

il- lá tre men- dá: * Quan do cœ-

li mo vén- di sunt, & ter- ra. * Dum

vé- ne ris ju- di- cá- re

sæ- culum per i- gnem. y. Tre mens

factus sum e- go, & tí- me o, dum dis-

cús- si- o vé- ne- rit, at que ven- tú-

ra i- ra. * Quan do cœ- li mo vén- di


FRATRUM AC MONIALIUM.

19

di sunt, & terra. y. Dies illa, dies
 iræ, calamitatis, & miseriae,
 dies magna & amara valde.
 * Dum venis iudicare
 re sæculum per ignem. y. Requiem
 æternam dona eis Dómine, &
 Inx perpetua luceat eis.

MUS. OFFICIUM SEPULTURÆ

ʒ. Lí- be ra me, Dó- mi ne, de mor-
 te æ- tér- ná in di- e il- lâ tre-
 mén- dá : * Quando cœ- li mo vén-
 di sunt, & ter- ra : * Dum vé-
 ne ris ju- di- cá- re sæ- cu- lum per
 i- gnem. Ky- ri e e- lé- i- son.
 Chris- te e- lé- i- son. Ky- ri- e e-
 lé-



Celebrans dicit: Pater noster. Secretò. Aspergat, & thurificet in circulo, ut supra.

- Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
 R. Sed líbera nos á malo.
 Ÿ. A' porta ínferi. R. Erue, Dómine, ánimam ejus.
 Ÿ. Requíescat in pace. R. Amen.
 Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

A Bsólve, quæsumus, Dómine, ánimam fá-
 muli tui N. Fratris nostri, (*vel* fámulæ tuæ
 N. Soróris nostræ) ut defúnctus (defúncta) sæ-
 culo tibi vivat: & peccáta, quæ per fragilitátem
 carnis humana conversatióne commisit, tu veniá
 misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum
 Dóminum nostrum. R. Amen.

*Finita hac oratione, defertur defuncti corpus
 processionaliter ad sepulturam: Celebrans pergit
 an-*

ante feretrum; & interim Chorus cantat sequentem Antiphonam:

I N pa-ra-dí-sum, de-dú-cant te An-
ge-li: in tu-o ad vén-tu sus cí-pi-ant te
Már-ty-res, & per dú-cant te in ci-vi-
tá-tem san-ctam Je-rú-sa-lem. Cho-rus An-
ge-ló-rum te sus-cí-pi-at, & cum Lá-
za-ro quon-dam páu-pe-re æ-tér-nam há-
be-as ré-qui-em.

Finita hac Antiphona, quæ repetitur usque ad depositionem feretri juxta sepulturam, Celebrans incipiat sine Oremus sequentem orationem.

DEus, qui fundásti terram, & formásti cælos, qui loca sidéribus stabilita fixísti, qui captívum láqueo mortis hóminem lavácri ablutióne reparásti, qui sepultos Abraham, Isaac, & Jacob in spelúnca dúplici in libro vitæ, atque totius glóriæ príncipes annotásti benedicéndo: ita bene ✠ dicere dignéris hunc túmulum fámuli tui N. Fratris nostri (*vel fámulæ tuæ N. Soróris nostræ*) ut híc eum (eam) requiéscere fácias; & in sinu Abrahæ, Isaac, & Jacob collocáre dignéris; qui Dóminum nostrum Jesum Christum, contrítis láqueis infernórum, resúrgere, suorumque in se credéntium membra resuscitáre voluísti. Réspice, Dómine, super hanc fábricam sepultúræ, descéndat in eam Spíritus tuus sanctus, ut, te jubénte, sit in hoc loco fámulo tuo N. Fratri nostro (*vel fámulæ tuæ N. Soróri nostræ*) quiéta dormítio; & témpore judícii cum Sanctis tuis ómnibus vera resuscitátio: præstánte eódem Dómino nostro Jesu Christo, qui tecum, & cum eódem Spíritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculórum. *ꝛ. Amen.*

Deinde Celebrans ponit incensum in Thuribulum cum benedictione dicendo: Ab illo benedicáris, in cujus honóre cremáberis Amen. ✠

Corpus Defuncti, & tumulum aspergit sine circulo; & similiter thurificat. His peractis in persona defuncti dicat Celebrans Antiphonam Aperite mihi: Chorus prosequatur eam, & dum cantat omnes Antiphonas, & Psalmos, Celebrans submissa voce dicat sex orationes, quæ ponuntur infra in fine Psalmorum; stando tam Celebrans, quam Chorus usque ad finem illarum: postea sedent omnes.

ANTIPHONA.

A - pe rí - te mi - hi por - tas jus - tí -
 ti - æ, & in - grés - sus in e - as con fi - té -
 bor Dó - mi no. *Octavus tonus.* *Psal-*

Psalmus 117.

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum: * & exaudivit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjutor: * non timébo quid faciát mihi homo.

Dóminus mihi adjutor: * & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Dómino: * quàm confidere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino: * quàm speráre in princípibus.

Omnes gentes circuíerunt me: * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, | & exarsérunt sicut ignis in spinis: * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impulsus eversus sum ut caderem: * & Dóminus suscepit me.
 Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus: * & factus est mihi in salutem.
 Vox exultationis & salutis: * in tabernaculis justórum.
 Déxtera Dómini fecit virtutem: | dextera Dómini exaltávit me: * dextera Dómini fecit virtutem.
 Non moriar, sed vivam: * & narrábo ópera Dómini.
 Castigans castigavit me Dóminus: * & morti non tradidit me.
 Aperíte mihi portas justitiæ, | ingressus in eas confitébor Dómino: * hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.
 Confitébor tibi quóniam exaudísti me: * & factus est mihi in salutem.
 Lápídem, quem reprobavérunt ædificántes: * hic factus est in caput ánguli.
 A Dómino factum est istud: * & est mirábile in óculis nostris.
 Hæc est dies, quam fecit Dóminus: * exultémus, & lætémur in eâ.
 O Dómine salvum me fac, | o Dómine benè prosperáre: * benedíctus qui venit in nómine Dómini.
 Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illúxit nobis.

FRATRUM, AC MONIALIUM.

27

Constitúite diem solénnem in condénsis: * usque
ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi: * Deus
meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi quoniam exaudisti me: * & factus
es mihi in salutem.


Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam
in sæculum misericórdia ejus.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.


Et lux perpétua * lúceat eis.

Añs.

A



- Pe-rí-te mi-hi por-tas jus-




tí-ti-æ, & in gré-sus in e-as con-



fi-té-bor Dó-mi no.

ANTIPHONA.




N-gré-di-ar in lo-cum ta-ber-ná-

D ii

cu-



cu-li ad mi-rá-bi-lis us-que ad do-mum



De i. *Septimus tonus.*

Psalmus 41.

Quemádmódum desíderat cervus ad fontes
aquárum: * ità desíderat ánima mea ad
te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: * quan-
do véniam, & apparebo ante fáciem Dei.

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes díe, ac nocte: *
dùm dicitur mihi quotidie: | ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam
meam: * quóniam transibo in locum taberná-
culi admirábilis | usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis & confessiόnis: * sonus epu-
lántis.


Quarè tristis es ánima mea? * Et quarè contur-
bas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: *
salutáre vultus mei, & Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est: * pro-
pter-




ná- cu- li ad mi rá- bi lis us- que ad do-




mum Dei.

Dum dicitur sequens Antiphona extrahitur corpus a feretro, & ponitur in terra.


ANTIPHONA.



HÆc ré- quies me- a in sæ- culum



sæ- cu- li: hìc ha bi tá- bo, quó- ni- am



e- lé- gi e am. *Septimus tonus.*

Psalmus 131.

Memento Dómine David: * & omnis mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, * vótum vovit Deo Jacob.

Si

Si introíero in tabernáculum domûs meæ: * si ascéndero in lectum strati mei.

Si dédero somnum óculis meis: * & pálpebris meis dormitatióem.

Et réquiem temporibus meis, | donec invéniam locum Dómino: * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata: * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus: * adorábimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam: * tu, & arca sanctificatióis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam: * & sancti tui exúltent.

Propter David servum tuum: * non avértas faciem Chrísti tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, | & non frustrábitur eam: * De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testaméntum meum: * & testimónia mea hæc, quæ docébo eos.

Et filii eórum usque in sæculum: * sedébunt super sedem tuam.

Quoniam elégit Dóminus Sion: * elégit eam in habitatióem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi: * híc habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedicens benedicam: * páuperes
ejus saturábo panibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári: * & sancti ejus
exultatióne exultábunt.


Illúc producám cornu David: * parávi lucér-
nam Christo meo.


Inimícos ejus índuam confusióne: * super ipsum
autem efflorébit sanctificátió mea.


Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

*Dum repetitur hæc Antiphona, deponitur cor-
pus in fovea tantùm.*

Ant. II  *Æc ré- qui es me- a in sæ- cu-*

 *lum sæ- cu li: híc ha bi- tá- bo, quó- ni-*

 *am e- lé- gi e- am.*

ANTIPHONA.

Deter- ra for más ti me, & car-
ne in du-ís- ti me Redemptor me- us Dó-
mi ne, re sú- ci- ta me in no- vis- si mo
di- e. *Octavus tonus.*

Psalmus 138.

Domine probásti me, | & cognovísti me: *
tu cognovísti sessionem meam, | & re-
surrecciónem meam.

Intelléxísti cogitationes meas de longè: * sémi-
tam meam, | & funiculum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti: * quia non est
sermo in linguâ meâ.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima, &
* antiqua: * tu formásti me, | & posuísti super
me manum tuam.

E

Mi-

Mirabilis facta est sciéntia tua ex me: * confortata est, & non pótero ad eam.

Quo ibo à spíritu tuo: * & quò à fácie tuá fúgiam? Si ascéndero in cœlum, tu illic es: * si descéndero in inférnum, ades.

Si sumpsero pennas meas dilúculo: * & habitávero in extrémis maris.

Etenim illúc manus tua dedúcet me: * & tenébit me délixtera tua.

Et dixi; Fórsitan ténebræ conculcábunt me: * & nox illuminatio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabuntur à te, | & nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos: * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi, quia terribíliter magnificátus es: * mirabilia ópera tua, | & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum à te | quod fecísti in occulto: * & substántia mea in inferioribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, | & in libro tuo omnes scribéntur: * dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus: * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos; & super arénam multiplicabúntur: * exurréxi, & adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccátóres: * viri sánguinum declináte à me.

Quià dicitis in cogitatíone: * Accípient in vanitate civitátes tuas.

Nonné qui odérunt te Dómine, óderam? * & super inimícos tuos tabescébam?

Perféccto ódio óderam illos: * & inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: * intérroga me, & cognósce sémitas meas.

Et vide si via iniquitátis in me est: * & deduc me in viâ ætérna.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Corpus, quod est in fovea, cooperiatur terrá, dum repétitur hæc Antiphona.

Antifa

D

E ter- ra for más ti me, & car-

ne in du-ís- ti me Re- dém ptor me- us

E ii

Dó-

Dó-mi ne, re-sús-ci-ta me in no vís-si-
mo di-e.

ANTIPHONA.

Non in- tres in ju- dí- ci- um
cum ser vo tu o Dó- mi ne; qui- a non jus ti-
fi- cá- bi tur, in conspé- ctu tu- o omnis
vi- vens. *Quintus tonus.*

Psalmus 142.

Domine exáudi orationem meam, | áuribus
pércepe obsecrationem meam in veritate
tuâ: * exáudi me in tuâ justítia.

Et

Et non intres in iudicium cum servo tuo: * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: * & anxiatus est super me spiritus meus, | in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, | meditatus sum in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: * anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Dómine: * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: * & similis ero descendéntibus in lacum.

Audiam fac mihi manè misericordiam tuam: * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Dómine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, | quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine vivificabis me in æquitate tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam: * & in misericórdia tuâ dispédes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui trébulant ánimam meam: * quóniam ego servus tuus sum.


Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Añá **N**on in- tres in ju- dí- ci-
um cum ser- vo tu- o Dó- mi ne; qui- a non
jus- ti- fi- cá- bi- tur in cons pé- ctu tu- o
omnis vi- vens.

ANTIPHONA.

O - Mnis spí- ri- tus lau- det Dó- mi-



mi num.

*Septimus tonus.**Psalmus 148.*

Laudáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum
in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum
omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol & luna: * laudáte eum omnes
stellæ, & lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: * & aquæ omnes,
quæ super cœlos sunt, & laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit,
& creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæculum sæculi: *
præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terrà: * dracones, & omnes
abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellá-
rum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, &
omnes cedri

Béstia, & univérsa pécora: * serpentes, & vó-
lucres pennátæ.

Re-

Reges terræ, & omnes pópuli: * príncipes, &
omnes júdices terræ.

Júvenes, & vírgines, & senes cum junióribus lau-
dent nomen Dómini: * quia exaltatum est no-
men ejus solius.

Conféssio ejus super cœlum, & terram: * & ex-
altávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: * filiis Israel, pó-
pulo appropinquánti sibi.

Psalmus 149.

CAntáte Dómino cánticum novum: * laus ejus
in Ecclesiá sanctórum.

Lætétur Israel in eo, qui fecit eum: * & filii
Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, &
psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: *
& exalábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glóriá: * lætabúntur in cu-
bilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * & gládii
ancípites in máribus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natióibus: * increpa-
tiónes in pópulis.

FRATRUM AC MONIALIUM.

41

Ad alligandos reges eorum in compédibus: * &
 -nobiles eorum, in mánicis férreis.
 Ut fáciant in eis iudícium conscriptum: * glória
 hæc est ómnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.
Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte
 eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum se-
 cundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in
 psaltério, & cíthara.

Laudáte eum in tympano, & choro: * laudáte
 eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus, | lau-
 -dáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis spí-
 ritus laudet Dóminum.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.
 Et lux perpétua * lúceat eis.

Añã **O**mnis spí-ri tus lau-det Dó-
 -minum.

F

minum.

F

Ora-

Oratio. **O**REMUS, fratres charissimi, pro spiritu fratris nostri N. (vel sororis nostræ N.) quem Dominus de laqueo hujus sæculi liberare dignatus est, cujus corpusculum hodie sepulturæ traditur, ut eum pietas Dei in sinu Abrahamæ, Isaac, & Jacob collocare dignetur, ut cum iudicii dies advenerit, inter sanctos, & electos suos eum in parte dextera collocandum resuscitari faciat. Per Christum Dominum nostrum. *g.* Amen.

Orémus.

DEUS, cui omnia vivunt, & cui non pèreunt moriendo fidélium còrpora, sed mutántur in mèlius: te súpplīces deprecámur, ut quidquid ánima fámuli tui N. (vel fámulæ tuæ N.) vitiorum, tuæque voluntáti contrárium, fallente diabolo, seu própria iniquitatè, vel fragilitatè contráxit; tu pius, & miséricors ábluas indulgèdo: eamque súscepi júbeas per manus sanctórum Angelórum tuórum deducèndam in sinum Patriarchárum, & Prophetárum tuórum Abrahamæ scilicet amici tui; Isaac elécti tui, & Jacob dilécti tui: in quo áufugit dolor, atque tristítia, & suspírium: fidélium quoque ánime felíci jucunditatè lætántur: & in novíssimo magni iudicii die inter sanctos, & elé-

eléctos tuos eam fáciás perpétuæ glóriæ percípere
 portióne, quam óculus non vidit, nec auris au-
 dívit, & in cor hóminis non ascéndit: quamque
 præparásti diligéntibus te. Per Christum Dóminum
 nostrum. *R.* Amen.

Orémus.

TEmeritátis quidém est, Dómine, ut homo
 hóminem, cinis cínere, mortális mortálem
 tibi Dómino Deo áudeat commendáre: sed quia
 terra súscipit terram; & púlvis convértitur in púlve-
 rem donec omnis caro in suam redigátur orígi-
 nem: inde tuam, piíssime Pater, lacrymábiliter
 quæsumus pietátem; ut hujus famuli tui *N.* (*vel*
famulæ tuæ N.) animam, quam de hujus sæculi
 cænuléntâ voráginis ducis ad pátriam, Abrahæ amí-
 ci tui sinu recípias: & refrigerií rore perfúndas;
 sit ab æstuántis gehénnæ truci incéndio segregá-
 ta, & beatæ requiei tuæ, te donánte, conjuncta.
 Et si quæ sunt illi, Dómine, dignæ cruciátibus
 culpæ, tu eas grátiâ mitíssimæ lenitátis indulge;
 nec peccáti recípiat vicem, qui (quæ) tuam in vo-
 tis ténuit voluntátem: sed indulgéntiæ tuæ piam
 séntiat sanitátem. Cúmque finíto mundi término
 supérnum cunctis illúxerit regnum, nova creatura
 sanctórum ómnium cætibus aggregáta, cum elé-

ctis tuis resúrgat in parte dèxterâ collocânda. Per Christum Dóminum nostrum. *ꝛ.* Amen.

Orémus.

OPus est misericórdiæ, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, rogâre pro ális: & quia pro nostris supplicâre peccâtis nequâquam sufficimus, súscipe, rogâmus, ánimam fámuli tui *N. Fratris nostri (vel fámulæ tuæ N. Soróris nostræ)* reverténtem ad te; adsit ei Angelus testaménti tui Míchael, & per manus sanctorum Angelórum tuórum inter sanctos, & electos tuos in sinibus Abrahæ, Isaac, & Jacob Patriarchárum tuórum eam collocâre dignéris: libera eam, Dómine, de princípibus tenebrárum, & de locis poenárum, ne fámulus tuus (fámula tua) ullis jam primævæ nativitátis, vel ignorántiæ confundátur erróribus. Agnoscátur à tuis, & misericórdiâ bonitátis tuæ ad locum refrigerií, & quiétis in sinum Abrahæ transferátur. Per Christum Dóminum nostrum *ꝛ.* Amen.

Orémus.

DEbitum humáni córporis sepeliéndi officium fidélium more complétes, Deum, cui ómnia vivunt, deprecámur, ut hoc córpus fratris nostri


N.

N. (vel sororis nostræ *N.*) à nobis in infirmitate sepultum, in ordine sanctorum suorum resuscitet, & ejus spiritum sanctis, ac fidelibus aggregari jubeat, cum quibus inenarrabili gloria, & perenni felicitate perfrui mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Orémus.

Omnipotens sempiternè Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es; dum, te jubente, pulvis redit in pulverem, tu imaginem tuam cum sanctis, & electis tuis æternis sedibus præcipe sociari. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Finita ultima Antiphona Omnis spiritus dicant Cantores versum sequentem.



Y. Au dí vi vo cem de cœ lo di cén tem mi hi.



R. Be á ti mortu i, qui in Dómino moriúntur.

Ce-

Celebrans incipit sequentem Antiphonam.

Ego sum re-surrectio, & vi-
 ta; qui cre-dit in me, é- ti am si mor tu us
 fú- e- rit, vi vet; & omnis, qui vi vit, &
 cre-dit in me, non mori- é- tur in æ té- num.

Secundus tonus.

Canticum Zachariæ.

Benedíctus Dóminus Deus Israel: * quíà vi-
 sitávit, | & fecit redemptiónem plebis suæ.
 Et eréxit cornu salutis nobis: * in domo David
 púeri sui. Si-

Sicut locutus est per os sanctorum: * qui a sæculo sunt prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris: * & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum: * daturum se nobis.

Ut sine timore | de manu inimicorum nostrorum liberati: * serviamus illi.

In sanctitate, & justitia coram ipso: * omnibus diebus nostris

Et tu puer, | Propheta Altissimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini | parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, | qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem æternam * dona eis Domine.

Et lux perpétua: * luceat eis.

Añá. **E** - Go sum re sur- ré- ctio, &
 vi- ta; qui cre dit in me, é- ti am si
 mór- tu us fú- e rit, vi vet; & omnis, qui
 vi vit, & cre dit in me, non mo ri- é tur in
 æ- tér- num.

*Dicat Celebrans Pater noster, Secretò: & as-
 pergat sepulchrum.*

ʎ. Et ne nos indúcas in tentatióne m.

ʒ. Sed líbera nos à malo.

ʎ. Non intres in júdicium cum seruo tuo, Dómine.

℞. Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

℥. A' porta ínferi. ℞. Erue, Dómine, ánimam ejus.

℥. Requíescat in pace. ℞. Amen.

℥. Dómine, exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℥. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Satisfáciat tibi quæsumus, Dómine Deus noster, pro ánima fámuli tui N. Fratris nostri (vel fámulæ tuæ N. Soróris nostræ) beatíssimæ Dei genitrícis, sempér que vírginis Mariæ, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac beáti confessoris tui Augustíni Patris nostri, omniúmque Sanctórum orátio, & præsentis famíliæ tuæ húmilis, & devóta supplicátio, ut peccatórum ómnium véniam, quam precámur, obtíneat; nec eam patiáris cruciári gehennálibus flammis, quam Filii tui Dómini nostri Jesu Christi pretióso sángine redemísti. Qui tecum, & cum Spíritu Sancto vivit, & regnat Deus per ómnia sæcula sæculórum.


℞. Amen.

℥. Réquiem ætérnam ✠ dona ei Dómine.

℞. Et lux perpétua lúceat ei.

OFFICIUM SEPULTURÆ

Cantores dicant:





Re-qui-és-cat in pa-ce. ꝛ. A-men

Celebrans sine nota dicat:

ꝫ. Anima ejus, & animæ ómnium fidélium de-functórum per misericórdiam Dei requiés-cant in pace. ꝛ. Amen.

Tunc Cantores immediatè incipiant sequens Responsorium: & omnes pergant processionaliter ad Ecclesiam, sive Sacristiam illud cantantes:



us, qui-a ven-tus est vi-ta me-a;



* Nec as-pí-ci at me vi-sus hó-


mi-

FRATRUM, AC MONIALIUM.

51



mi nis. y. De profún- dis cla má vi ad




te Dó- mine, Dó- mi ne ex áu-




di vo- cem me- am. * Nec as-



pí- ci at me vi sus hó- mi nis.



y. Ré qui em æ tér- nam do na e- i



Dó- mi ne, & lux per pé- tu a



lú- ce- at e- i. * Nec as-



pí- ci at me vi sus hó- mi nis.
 Ky- ri e e lé- i son. Christe e
 lé- i son. Ky- ri e e lé- i son.

*Responsorio finito dicat Celebrans alta voce:
Pater noster. Quo sub silentio completo dicat:*

- Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
- ℞. Sed líbera nos à malo.
- Ÿ. A' porta ínferi.
- ℞. Erue, Dómine, ánimam ejus.
- Ÿ. Requíescat in pace. ℞. Amen.
- Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam.
- ℞. Et clamor meus ad te véniat.
- Ÿ. Dóminus vobíscum.
- ℞. Et cum spírítu tuo.

Oremus.

Et statim omnes, genibus flexis, candelas

FRATRUM, AC MONIALIUM.

53

accensas in manibus tenentes, devotissimè cantent sequentem

ANTIPHONAM.

C  Lemen tís- si me Dó- mi ne, qui pro

 nostra mi sé- ri a ab im pi ó rum má-


 ni bus mor- tis supplí- ci um pertu- lís-

 ti: lí- be ra á- nimam e- jus de in-


 fér- ni vo rá- gi ne, & de mi nís- tris tar-

 tá- re is mi- se- rá- tus ab sól- ve: &


cun-




cuncta e- jus pec cá- ta o bli- vi- ó- ne per-



pé- tu a de- le, e- am que ad lu- cem




tu- am An- ge li trahant, pa- ra- dí si que




já- nuam in tro dú cant, ut dum corpús- cu-



lum púl ve ri trá- ditur, ad æ ter ni- tá-



tem per dú- cant: Dó- mi ne mi se ré- re



su per is- to pec ca- tó- re.

Pos-


Posteà dicat Celebrans sine Orémus sequentem Orationem stando:

Tibi, Dómine, commendámus ánimam fámulæ tui N. Fratris nostri, (vel fámulæ tuæ N. Soróris nostræ) ut defúnctus (defúncta) sæculo tibi vivat; & quæ per fragilitátem humanæ conversatiónis peccáta commisit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

v. Réquiem ætérnam ✠ dona ei Dómine. *Faciendo signum Crucis super librum.*

R. Et lux perpétua luceat ei.

Cantores dicant:



v. Requiescat in pace. *R.* Amen.



Deinde; si revertantur processionaliter de Ecclesia ad Sacristiam, dicat Celebrans, sine cantu, Antiphonam Si iniquitates, & Chorus Psalm. De profundis cum Réquiem ætérnam &c.

Finis Officii Sepulture Fratrum, & Monialium.

OF-

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

AD VESPERAS ANTIPHONA.



ne vi-vó-rum. *Secundus tonus.*

Psalmus 114.

D Iléxi, quóniam exáudiet Dóminus: * vocem
oratiónis meæ.

Quià inclinávit aurem suam mihi: * & in diébus
meis invocábo.

Circumdederunt me dolóres mortis: * & perícula
inférni invenérunt me.

Tribulatiónem, & dolórem invéni: * & nomen
Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam: * miséricors Dó-
minus, & justus, | & Deus noster miserétur.

Cus-

DEFUNCTORUM.

57

Custódiens párvulos Dóminus: * humiliátus sum,
& liberávit me.


Convértere ánima mea in réquiem tuam: * quíã
Dóminus benefécit tibi.


Quíã erípuit ánimam meam de morte: * óculos
meos à lácrymis, | pedes meos à lapsu.


Placébo Dómino: * in regione vivórum.


Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine.


* Et lux perpétua * lúceat eis.

Añá **P** 
La cé bo Dó-mi no in re gi-


* : ó- ne vi- vó rum.

Añá **H** 
Ei mi hi Dó-mi ne; qui a in-


co lá- tus me-us pro lon gá- tus est.
H *Se-*



Secundus tonus.

Psalmus 119.

AD Dóminum cùm tribulárer clamávi, * &
exaudivit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis: *
& à linguâ dolosá.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi: * ad
linguam dolósam?


Sagittæ poténtis acútæ: * cum carbónibus deso-
latóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: |
habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm
íncola fuit ánima mea

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: *
cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem ætérnam * dona eis Dóminé.

Et lux perpétua * lúceat eis.




Año.


Ei mi-hi Dó-mi-ne, qui a in-

DEFUNCTORUM.

59




co-lá-tus me us prolongá-tus est.




Añã.

D. O-mi-nus cus-tó-dit te ab om-



ni malo, cus-tó-di-at á-ni-mam tu-am

Dóminus. *Secundus tonus.**Psalmus 120.*

L Evávi óculos meos in montes : * undè vé-niet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino : * qui fecit cœlum, & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : * nequè dormítet qui custódit te.

Eccè non dormitábit, nequè dórmiet : * qui custódit Israel.

H ii

Dó.





Dóminus custódit te, | Dóminus protéctio tua: *
super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: * nequè luna per noctem.
Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat
ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, & éxitum tu-
um: * ex hoc nunc, & usquè in sæculum.


Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.




DEFUNCTORUM.

61



ris Dómi-ne, Dómine quis sus ti-né-bit?



Septimus tonus.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes: * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A' custodiá matutinâ usque ad noctem: * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israel: * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ré-

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.
Et lux perpétua * lúceat eis.

Añ.a. **S** I i- ni- qui- tá- tes ob- ser vá- ve-

ris Dómi ne, Dómi ne quis sus ti- né- bit?

Añ.a. **O** pe- ra mánu- um tu- á- rum,

Dómine, ne des pí- ci- as. *Secundus*

tonus.

Psalmus 137.

Confitebor tibi Dómine in toto corde meo: *
quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi: * adorábo
ad templum sanctum tuum, | & confitebor nó-
mini tuo.

Super misericórdiâ tuâ, & veritate tuâ: * quóniam
magnificásti super omne nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me: *
multiplicábis in ánimâ meâ virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: *
quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini: * quóniam magna est
glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, & humília respicit: *
& alta à longè cognóscit.


Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis
me: * & super iram inimicórum meórum ex-
tendisti manum tuam, | & saluum me fecit dex-
tera tua.


Dóminus retribuét pro me: * Dómine misericór-
dia tua in sæculum, | ópera mánuum tuárum
ne despicias.


Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.


Et lux perpétua * lúceat eis.


M U O F F I C I U M D

Añ. **O**  pe- ra ma num tu- á rum,


 Dómi ne, ne des pí- ci as.


**.*  y. Au dí- vi vo cem de cœlo dicentem mi-

**.*  hi. *ix.* Be- a- ti mórtu- i, qui in Dómi-


 no mo- ri- ún tur.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

O  M- ne, quod dat mi- hi Pa- ter, ad



ad me vé- ni- et, & e- um, qui ve nit ad me,



non e- jí- ciam fo rás. *Septimus tonus.*

Canticum B. Mariæ.

Lucæ i.

Magnificat * ánima mea Dóminum,
Et exultávit spíritus meus: * in Deo salu-
tári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: * ecce
enim ex hoc beátam me dicent | omnes gene-
rationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * & san-
ctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus à progénie in progénies: *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supér-
bos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: * & exaltávit húmiles.

Exuriéntes implevit bonis: * & dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum: * recordátus mise-
ricórdiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros: * Abraham,
& sémini ejus in sæcula.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.
Et lux perpétua * lúceat eis.

Alta **O** M- ne, quod dat mi- hi Pa-
ter, ad me vé- ni- et & e- um, qui ve nit ad-
me, non e- jí- ci am fo ràs.

Celebrans alta voce dicit: Pater noster. Et omnes genuflectant. Quo sub silentio completo dicat eadem voce: & Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo.

Deinde dicitur sine cantu sequens Psalmus Lauda: sed omittitur in die omnium Fidelium defunctorum, & in die obitus, seu depositionis Defuncti.

Psalm.

Psalmus 145.

Lauda ánima mea Dóminum, | laudábo Dó-
minum in vitâ meá : * psallam Deo meo
quámdiú fúero.

Nolíte confidere in princípibus : * in filiis hómi-
num, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam :
* in illâ die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, | spes ejus
in Dómino Deo ipsius : * qui fecit coelum, &
terram, | mare, & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, | facit judícium
injúriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos : * Dóminus illúmi-
nat cæcos.

Dóminus érigit elisos : * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit advenas, | pupíllum & víduam
suscípiet : * & vias peccatórum dispédet.

Regnábit Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion : *
in generatióem, & generatióem.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

ʒ. A' porta ínferi.

ʒ. Erue Dómine ánimas eórum (*vel* ánimam ejus.)

ʒ. Requiéscant (*vel* Requiéscat) in pace. ʒ. Amen.

ŷ. Dómine, exáudi orationem meam.

ꝛ. Et clamor meus ad te véniat.

Deinde surgit Celebrans, & stans dicit:

ŷ. Dóminus vobíscum. ꝛ. Et cum spírítu tuo.

Posteà dicat orationem competentem ut infrà.

In die Depositionis, & Anniversario Summi Pontificis Defuncti

Orémus.

DEus, qui inter Summos Sacerdotes famulum tuum *N.* ineffabili tuá dispositione connumerari voluisti: præsta, quæsumus, ut qui Unigéniti Filii tui vices in terris gerébat, Sanctórum tuórum Pontíficum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spírítus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. (*vel* Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ꝛ. Amen.

Pro Defuncto Episcopo.

Orémus.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* Pontificáli fecísti dignitáte vigére: præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum nostrum &c. (*vel Per Christum*) R. Amen.

Pro Defuncto Archiepiscopo (vel Episcopo) Cardinali.

Orémus.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* Archiepiscopum Cardinálem (*vel Episcopum Cardinálem*) Pontificáli fecísti dignitáte vigére: præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum. (*vel Per Christum*.) R. Amen.

Pro Presbytero Cardinali Defuncto.

Orémus.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* Presbyterum Cardinálem Sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: præsta, quæsumus;

mus; ut eorum quoque perpétuo aggregetur consórtio. Per Dóminum, (*vel* Per Christum.)
 R. Amen.

Pro Diacono Cardinali Defuncto.

Orémus.

INclína, Dómine, aurem tuam ad precés nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui N. Diáconi Cardinalis, quam de hoc sæculo migráre jussisti, in pacis, ac lucis regióné constítuas, & Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum. (*vel* Per Christum.) R. Amen.

Pro Sacerdote Defuncto.

Orémus.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum N. (Fratrem nostrum) Sacerdotáli fecisti dignitáte vigére: præsta, quæsumus; ut eorum quoque perpétuo aggregetur consórtio. Per Dóminum. (*vel* Per Christum.) R. Amen.

Pro uno Defuncto Laico.

Orémus.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui *N.* (Fratris nostri) quam de hoc sæculo migráre jussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum júbeas esse consórtem. Per Dóminum. (*vel* Per Christum.) *ꝛ.* Amen.

Pro una Defuncta.

Orémus.

QUæsumus, Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ, *N.* (Soróris nostræ) & à contágiis mortalitátis exútam, in æternæ salvatiónis partem restitue. Per Dóminum (*vel* Per Christum.) *ꝛ.* Amen.

Pro pluribus Defunctis.

Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper, & párcere; propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum, & ómnia eórum peccáta dimít-

mítte ; ut mortalitátis vínculis absolutæ transire mereántur ad vitam. Per Dóminum. (*vel Per Christum.*) *ꝛ.* Amen.

*In die obitus, seu depositionis Defuncti Laici
vel Defunctæ.*

Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper, & párcere : te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.* (*vel fámulæ tuæ N.*) quam hódie de hoc sæculo migráre jussisti ; ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam à sanctis Angelis súscipi, & ad pátriam paradísi perdúci ; ut quia in te sperávit, & crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia æténa possídeat. Per Dóminum. (*vel Per Christum.*) *ꝛ.* Amen.

*In die tertio, septimo, & trigesimo depositionis
Defuncti Laici vel Defunctæ.*

Orémus.

QUæsumus, Dómine, ut ánimæ fámuli tui *N.* (*vel fámulæ tuæ N.*) cujus depositionis diem térium, *vel séptimum, vel trigésimum* commemorá-
mus,

mus, Sanctórum, atque electórum tuórum largí-
ri dignéris consórtium; & rorem misericórdiæ tuæ
perénnem infúndas. Per Dóminum. (*vel Per Chris-
tum.*) & Amen.

*Pro Defuncto Laico, Regulari, vel Saculari, vel
etiam Defuncta in die notitiæ primæ.*

Orémus.

QUæsumus, Dómine, ut animæ fámuli tui
N. (Fratri nostri) *vel* fámulæ tuæ N. (So-
róris nostræ) cujus depositionis diem com-
memorámus, Sanctórum, atque electórum tuórum
largíri dignéris consórtium; & rorem misericór-
diæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum. (*vel
Per Christum.*) & Amen.

Pro Patre vel pro Matre tantum Sacerdotis.

Orémus.

DEus, qui nos patrem, & matrem honoráre
præcepisti: miserére cleménte animæ patris
mei (*vel matris meæ,*) ejusque peccáta dimítte;
méque eum (eam) in ætérx claritatis gáudio fac
vidére. Per Dóminum. (*vel Per Christum.*)
& Amen.

Pro Patre, & Matre Sacerdotis.

Orémus.

DEus, qui nos patrem, & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris, & matris meæ, eorúmque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gáudio fac videre. Per Dóminum. (vel Per Christum.) R Amen.

In Anniversario pro uno Defuncto Laico, vel etiam pro Defuncta.

Orémus.

DEus indulgentiarum, Dómine, da animæ famuli tui N. (vel famulæ tuæ N.) cujus anniversarium depositionis diem commemorámus, refrigerii sedem, quiétis beatitudinem, & lúminis claritatem. Per Dóminum. (vel Per Christum.) R. Amen.

In Anniversario pro pluribus Defunctis Laicis.

Orémus.

DEus indulgentiarum, Dómine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemorámus,

refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dóminum. (*vel Per Christum.*)
 R. Amen.

In Anniversario pro uno, vel pluribus Episcopis, aut Sacerdotibus dicitur semper oratio Deus, qui inter Apostólicos ut supra. fol. 69. vel 70.

Pro Patribus, & Matribus nostris Defunctis.

Orémus.

DEus, qui nos patrem, & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus famulorum, famularumque tuarum parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte: nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dóminum. (*vel Per Christum.*) R. Amen.

PRO ANIMABUS GENERALITER, ET IN COMMUNI.

Pro Episcopis, & Sacerdotibus Defunctis.

Orémus.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdotes famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpétuo aggregentur consórtio. Per Dóminum. (*vel Per Christum.*) R. Amen.

Pro Defunctis Fratibus, Propinquis, & Benefactoribus.

Orémus.

DEUS, veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam; ut nostræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpétuæ beati tudinis consórtium pervenire concédas. Per Dóminum. (*vel Per Christum.*)
ꝛ. Amen.

IN DIE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Orémus.

FIdélium, Deus, omnium Cón ditor, & Redémptor, animábus famulorum, famularúmque tuárum remissionem cunctórum tribue peccatórum; ut indulgéntiam, quam semper optaverunt, piis supplicaciónibus consequántur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. *ꝛ. Amen.*

Quando hæ tres orationes immediatè præcedentes dicuntur sub una conclusione, dicitur in hac ultima: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum.

Et

Et similiter quando post Officium sequitur Missa Defunctorum semper dicitur conclusio brevis.

IN TRIBUS ANNIVERSARIIS ORDINIS NOSTRI
MENSE FEBRUARIO.

*In Anniversario Patrum, Matrum, Fratrum,
Sororum, Familiarium, & Propinquorum
Ordinis nostri.*

Orémus.

DEus indulgentiarum, Dómine, da animabus Patrum, Matrum, Fratrum, Sororum, Familiarium, & Propinquorum Ordinis nostri, quorum Anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dóminum. (vel Per Christum.) R. Amen.

MENSE JULIO.

In Anniversario Benefactorum Ordinis nostri.

Orémus.

DEus indulgentiarum, Dómine, da animabus ómnium Benefactorum Ordinis nostri, quorum Anniversarium depositionis diem commemo-

rá-

rámus, refrigerii sedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. Per Dóminum. (*vel Per Christum.* *ꝛ.* Amen.

MENSE NOVEMBRI.

In Anniversario Fratrum, & Sororum Ordinis nostri.

Orémus.

DEus indulgentiarum, Dómine, da animábus Fratrum, & Sororum Ordinis nostri, quorum Anniversárium depositionis diem commemorámus, refrigerii sedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. Per Dóminum. (*vel Per Christum.*) *ꝛ.* Amen.

Celebrans dicit: *Ꝛ.* Réquiem ætérnam ✠ dona eis Dómine.
ꝛ. Et lux perpétua lúceat eis.

Cantores dicunt:

Ꝛ.








R

E qui és cant in pa-

ce. *ꝛ.* A-men.

AD

AD MATUTINUM INVITATORIUM.







ní- te, a- do ré mus. Quo- ni am De us
magnus Dó mi nus, & Rex ma gnus su per
o mnes de os: quo- ni am non re pél let Dó-
mi- nus ple bem su am, qui a in ma nu e-
jus sunt omnes fi nes ter ræ, & al- ti- tú-
di nes mōn ti um ip- se cōspi- cit. * Ve ní-
te, a- do ré mus. Quo- ni am ip sí us
est

DEFUNCTORUM.


81




est ma re, & ip se fe- cit il- lud, & á- ri-




dam fun da vé runt manus e- jus: ve ní- te a-




do ré mus, & pro ci dá mus an- te Deum;




plo ré mus coram Dómi no, qui fe- cit nos,



qui- a ip se est Dómi nus Deus nos ter:



nos au- tem pó pu lus e jus, & o- ves pás-




cu- æ e- jus. Regem, cu- i óm- ni- a


L

vi-


OFFICIUM




vi vunt : * Ve ní- te, a- do ré mus.




Hó di- e si vo cem e jus au di- é- ri tis,




no- lí- te ob du- rá re cor da vestra ; si- cut




in ex- a cer ba- ti- ó- ne secúndum di em



ten ta- ti- ó- nis in de ser to : u- bi ten ta-



vé runt me pa tres ves tri, pro ba vé- runt,



& vi dé runt ó- pe- ra me a. * Ve ní-

te,

DEFUNCTORUM.

83

te, a- do ré- mus. Qua dra gín- ta an-

nis proximus fu- i ge ne- ra ti- ó- ni hu ic,

& di xi: Semper hi er- rant cor de: ip- si

ve ro non cogno vérunt vi- as me as, quibus


ju- rá vi in i- ra me a, si in tro- í- bunt

in ré qui em me am. Regem, cu- i óm- ni


vi vunt: * Vené- te, a- do ré mus.

ai L ii Ré-


OFFICIUM




Ré qui em æ té r nam do na e- is Dó mi ne,



& lux per pé tu a lú ce at e- is. * Ve ní-



te a- do ré mus. *Cantores.* Re gem,



cu- i ó- mni a vi vunt. *Chorus.* Ve- ní-



te a- do re mus.


IN PRIMO NOCTURNO.

(Pro feria secunda & quinta.)


ANTIPHONA.



DI- ri ge, Dó- mine Deus me us,
in



in conspéctu tu-o vi-am me am.



Septimus tonus.

Psalmus 5.

Verba mea áuribus pécipe Dómine: * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ: * Rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orábo: * Dómine manè exáudies vocem meam.

Manè astábo tibi, & vidébo: * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Nequè habitábit juxta te malignus: * nequè permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguínium, & dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dó-

Dómine deduc me in justitiâ tuâ: * propter inimicos meos | dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eorum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eórum: | linguis suis dolósè agébant, * júdica illos Deus.

Décidant à cogitationibus suis, | secúndum multitudínem impietátum eórum expélle eos: * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te: * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum: * quóniam tu benedíces justò.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ: * coronásti nos.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Aña. **D**  **I-** **ri** ge, **Dó-** **mi** ne **De** us **V**

 **me-** **us**, in conspéctu tu-o **vi-** **am** meam

Aria. **C** On vér-te re Dó-mi ne, & é-ri-
 pe á-nimam meam; quóniam non est in morte,
 qui me-mor sit tu-i. *Octavus tonus.*

Psalmus 6.

Domine, nè in furóre tuo árguas me: * ne-
 què in irâ tuâ corrípias me.
 Miserére mei Dómine, quóniam infirmus sum: *
 sana me Dómine, quóniam conturbáta sunt
 ossa mea.
 Et ánima mea turbáta est valdè: * sed tu Dómine
 usquequò?
 Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: *
 salvum me fac propter misericórdiam tuam.
 Quóniam non est in morte qui memor sit tui: *
 in inferno autèm quis confitébitur tibi?
 Laborávi in gémitu meo, | lavábo per singulas

noctes lectum meum: * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem meam: * Dóminus orationem meam suscepit.

Erubéscant, & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur, & erubéscant valdè velóciter.

Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Añá. **C** On-ver-te-re Dó-mi-ne, & é-ri-
 pe á-ni-mam me-am; quó-ni-am non est in
 mor-te, qui me-mor sit tu-i.

DEFUNCTORUM.

89

Añá. **N** E- quan do rá- pi- at ut le- o á-
 ni mam me- am, dum non est qui ré- di mat,
 ne que qui sal vum fá- ci- at. *Octavus tonus.*

Psalmus 7.

Domine Deus meus, in te sperávi: * saluum
 me fac ex ómnibus persecuéntibus me, &
 líbera me.

Nequandò rápiat ut leo ánimam meam: * dùm
 non est qui rédimat, nequè qui saluum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud: * si est iní-
 quitas in manibus meis.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala: * décidam
 méritò ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, | & com-
 prehendat, & concúlcet in terrâ vitam meam: *
 & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exúrge Dómine in irâ tuâ: * & exaltáre in fini-
 bus inimicórum meórum.

M

Et

Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto quod
mandásti: * & synagóga populórū circúmdabit te.
Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus
júdicat pópulos.

Júdice me Dómine secúndum justitiam meam: *
& secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, & diriges jus-
tum: * scrutans corda, & renes Deus.

Justum adjutórium meum à Dómino: * qui salvos
facit rectos corde.

Deus Judex justus, fortis & pátiens: * numquid
iráscitur per singulos dies?

Nisi conversi fuéritis, gládium suum vibrábit: *
arcum suum teténdit, & parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis: * sagittas suas ar-
déntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam: * concépit dolórem, &
péperit iniquitátem

Lacum apérui, & effódit eum: * & incidit in fó-
veam, quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus: * & in vér-
ticem ipsius iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus: *
& psallam nómini Dómini Altíssimi.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Aña. **N** E quan- do rá pi at ut le- o á-
 ni mam me am , dum non est qui ré- di mat ,
 ne que qui sal vum fá- ci- at.
 y. A' por- ta ín- fe- ri. R. E ru e Dó mi ne
 á- ni mas e- ó- rum.

Non dicitur alta voce Pater noster, sed totum secretò.

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictionibus, & Titulo.

Lectio prima.

Job. 7. c.

PArce mihi Dómine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? Aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculò, & súbitò probas illum. Usquequò non parcis mihi, nec dimíttis me ut glútiám salívam meam? Peccávi, quid fáciám tibi ó custos hóminum? Quarè posuísti me contrárium tibi, & factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam: & si manè me quesieris, non subsistam.

Lectiones terminantur sine Tu autem vel alia conclusione.

RESP I. **C**


Re-do quod Redémptor me us
vi- vit, & in no vís- si- mo di- e
de ter- ra sur re- ctú- rus sum. * Et
in

DEFUNCTORUM.


93




in car- ne me- a vi-dé- bo De- um




Sal va tó- rem me- um. y. Quem vi-




sú- rus sum e- go ipse, & non á- li us,




& ó- culi me- i conspectú- ri sunt,




* Et in car- ne me- a vi-dé- bo De-




um Sal va tó- rem me- um,


In prima Statione.y. Ré- qui em æ-
tér-




tér- nam do na e- is Dó- mi ne, &



lux per pé- tu a lú- ce at e- is.



* Et in car- ne me- a vi- dé- bo De-




um Sal va tó- rem me- um.



Ky- ri- e e- lé- i- son. Chris- te e-



lé- i son. Ky- ri- e e- lé- i- son.



v. Ré-

101

Lectio secunda.

Job. 10.


Tædet animam meam vitæ meæ, dimittam ad-
 versum me eloquium meum, loquar in ama-
 ritudine animæ meæ. Dicam Deo: Noli me con-
 demnare: indica mihi, cur me ita iudices? Nun-
 quid bonum tibi videtur, si calumniéris me, &
 opprimas me opus mánuum tuárum, & consilium
 impiórum ádjuves? Nunquid óculi cárnei tibi sunt,
 aut sicut videt homo, & tu vidébis? Nunquid si-
 cut dies hóminis dies tui, & anni tui sicut huma-
 na sunt témpora, ut quæras iniquitátem meam,
 & peccátum meum scrutéris? Et scias, quia nihil
 ímpium fécerim, cùm sit nemo, qui de manu tuá
 possit erúere.

RESP. II. **Q**  **U**i Lá-  za rum re sus-
 **ci**-tás-  ti à mo nu mén to fœ-
 ti dum. * Tu e- is, Dó-  mi ne, do-
 na

na ré- qui em, & lo- cum in dul- gén-
 ti- æ. *ÿ.* Qui ven tú- rus es ju- di-
 cá- re vi- vos, & mórtu- os, & sæ- culum
 per ig- nem. * Tu e- is, Dó- mi ne,
 do na ré- qui em, & lo- cum in dul gén-
 ti- æ. *In secunda Statione.* Ré- qui em
 æ- tér- nam do na e- is Dó- mi ne,
 &

DEFUNCTORUM.


97




& lux perpé- tua a lú- ce at e- is.




* Tu e- is, Dó- mi ne, do na ré- quem,



& lo- cum in dul- gén- ti æ. Ky- ri e



e- lé- i- son. Chris- te e- lé- i- son. Ky-



ri- e e- lé- i- son.

Lectio tertia.

Job. c. 10.

MANUS tuæ fecérunt me , & plasmavérunt me totum in circúitu : & sic repénte præcípitas me ? Meménto , quæso , quòd sicut lutum féceris me , & in púlverem redúces me . Nonnè sicut lac mulsisti me , & sicut cáseum me coagu-

mub

N

lås.

lasti? Pelle, & cárnibus vestísti me: óssibus, & nervis compegísti me. Vitam, & misericórdiam tribuísti mihi, & visitátio tua custodívit spíritum meum.

RESP. III.

D

O- mi ne, quando vé-

ne- ris ju di cá- re ter- ram, u- bi me


abs cón- dam à vul tu i- ræ tu- æ?

* Qui a pec cá- vi ni- mis in vi- ta


me- a. y. Commís sa me- a

pa vés- co, & an- te te e- ru- bés- co; dum


DEFUNCTORUM.




dum vé-ne-ris ju-di-cá-re, no-li me con-




dem ná-re. * Qui a pec-cá-vi



ni-mis in vi-ta me-a.




y Ré- qui em æ-tér-nam do na



e-is Dó-mi ne, & lux per-pé-tu-a



lú-ce-at e-is. * Qui-a pec cá-




vi ni-mis in vi ta me-

OFFICIUM

In tertia Statione.



Ky-ri e e-lé-ison.




Chris-te e-lé-ison. Ky-ri e e-lé-ison.


IN SECUNDO NOCTURNO.

(Pro feria tertia & sexta.)

ANTIPHONA.



IN lo co pás cu-æ i- bi me col lo-cá- vit.



Octavus tonus.

Psalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit: *
in loco pás cuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectionis educávit me: * ánimam
meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítia: * propter no-
men suum.

Nam,

Nam, & si ambulávero in médio umbræ mor-
tis, | non timébo mala: * quóniam tu mecum es.
Virga tua, & báculo tuus: * ipsa me consolá-
ta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam: * advérsus eos,
qui tribulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * & calix meus
inébrians quàm præclarus est!


Et misericórdia tua subsequétur me: * ómnibus
diébus vitæ meæ.


Et ut inhábitem in domo Dómini: * in longitú-
dinem diérum.


Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Añá. **I**  N lo co páscu æ i- bi me collo- cá- vit.

Añá. **D**  E- líc- ta ju- ventú- tis me- æ, &

 ig no rán ti- as me- as ne me mí ne ris Dó-
mi-



Psalmus 24.

AD te Dómine lévavi ánimam meam: * Deus meus in te confido, non erubescam. Nequè irrideant me inimici mei: * etenim universi qui sustinent te, non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes: * super vacuè vias tuas Dómine demónstra mihi: * & sémitas tuas édoce me.

Dírigeme in veritate tuâ, & doce me: * quia tu es Deus salvátor meus, & te sustinui tota die. Reminiscere miseratiónum tuárum Dómine: * & misericordiárum tuárum, quæ à sæculo sunt. Delicta juventútis meæ: * & ignorántias meas nè memineris.

Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu: * propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis, & rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquentibus in viá.

Díriget mansuétos in iudício: * docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini misericórdia, & veritas: * requiréntibus testaméntum ejus, & testimónia ejus.

Pro-

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo: * multum est enim.

Quis est homo, qui timet Dóminum? * Legem statuit ei in viá, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorábitur: * & semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum; * & testaméntum ipsius ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum: * quóniam ipse evéllit de laqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére mei: * quia únicus, & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicatæ sunt: * de necessitatibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum: * & dimítte universa delicta mea.

Réspice inimicos meos, quóniam multiplicati sunt: * & ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, & érue me: * non erubescam, quóniam sperávi in te.

Innocéntes, & recti adhæsérunt míhi: * quia sustínui te.

Libera Deus Israel: * ex ómnibus tribulatióibus suis.

Réquiém atérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Aria. **D** E- líc- ta ju ven- tú tis me- æ,
 & igno ran- ti- as me- as ne me mí- ne ris
 Dó- mi ne.

Aria. **C** Re. do vi dé- re bona Dó- mi ni
 in ter ra vi- vén- ti um. *Quartus tonus.*

Psalmus 20.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: *
 quem timébo?
 Dóminus protector vitæ meæ: * à quo trepidábo?
 Dùm appropíant super me nocétes: * ut edant
 carnes meas.
 Que tribulant me inimíci mei: * ipsi infirmáti sunt,
 & cecidérunt.
 Si

Si consistant advérsùm me castra : * non timébit
cor meum.

Si exúrgat advérsùm me prælium : * in hoc ego
sperábo.

Unam pètiti à Dómino hanc requíram : * ut inhábi-
tem in domo Dómini | ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini : * & visitem tem-
plum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo : * in
die malórum protéxit me in abscondito taber-
náculo sui.

In petrâ exaltávit me : * & nunc exaltávit caput
meum super inimicos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóstiã
-voceférationis : * cantábo, & psalmum dicam
-Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, quã clamavi ad
te : * miserére mei, & exáudi me

Tibi dixit cor meum, exquisivit te fácies mea : *
-faciem tuam, Dómine, requíram.

Nè avértas fáciem tuam à me : * nè declínes in-
-itã à servo tuo.


Adjutor meus esto : * nè derelínquas me, | ne-
-què despicias me Deus salutáris meus.


Quóniam pater meus, & mater mea dereliqué-
-runt me : * Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Dómine in viâ tuâ : * & dirige
 me in sémitam rectam propter inimícos meos.
 Nè tradideris me in ánimas tribulántium me : *
 quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, | &
 mentíta est iniquitas sibi.
 Credo vidére bona Dómini : * in terrâ vivéntium.
 Expécta Dóminum, viríliter age : * & confortétur
 cor tuum, & sústine Dóminum.
 Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.
 Et lux perpétua * líceat eis.

Aña. **C**  Re-do vi-dé-re bona Dó-mini.

 in ter rá vi-vén-ti-um.

γ.  Collo cet e os Dóminus cum prin cí pi bus.

β.  Cúm prin cí pi bus po pu-li su- i.

Pater noster : *totum secretò.*


Le-

Lectio quarta.


Job. 13.

Respónde mihi: Quantas hábeo iniquitátes, & peccáta, scélera mea, & delicta ostende mihi. Cur fáciem tuam abscondis, & arbitráris me inimicum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur osténdis poténtiam tuam, & stipulam siccam perséqueris. Scribis enim contra me amaritú-dines, & consúmere me vis peccátis adolescentiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum, & obser-vásti omnes sémitas meas, & vestigia pedum meó-rum considerásti. Qui quasi putrédo consumendus sum, & quasi vestiméntum, quod coméditur à tinea.

RESP. IV.

M

E- mén- to / me- i



De- us, quia ven tus est vi- ta



me- a: * Nec as pí- ci at me vi sus

O ii

hó-

hó- minis, y. De profún- dis cla ma vi
 ad te Dó- mi ne, Dó- mine ex au-
 di vo- cem me- am. * Nec as pí-
 ci- at me vi sus hó- mi nis. *In quarta*
Statione. Ré qui em æ- tér- nam do na e- is
 Dó- mi ne, & lux per pé- tu a lú-
 ce at e- is. * Nec as pí- ci- at

DEFUNCTORUM.

109

at me vi sus ho- mi nis. Ky- ri e e

lé- i- son. Chris te e- lé- i- son.

Ky- ri- e e- lé- i- son.

Lectio quinta.

Job. 14.

HOmo natus de muliere brevi vivens tempore replétur multis miseriis. Qui quasi flos egréditur, & contéritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperire óculos tuos, & addúcere eum tecum in júdicium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, número mensium ejus apud te est: constituisti terminos ejus, qui præteriri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii dies ejus.

RESP,

RESP. V.

H

E- i mi- hi, Dó- mine,

qui a pec cá- vi ni- mis in vi- ta

me- a. Quid fá- ci am mi- ser?

U- bi fú- gi- am, ni- si ad te De- us

me- us? * Mi se- ré- re me- i,

dum vé- ne ris in no vís simo di-

e. v. A- ni ma me- a tur- bá- ta

est

RESP

DEFUNCTORUM.

III



est val- de, sed tu, Dó- mine, suc cúr-
 re e- i. * Mi- se ré- re me- i,
 dum vé- ne ris in no- ví- si- mo
 di- e.


Lectio sexta.


Job. 13.


Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, & abscondas me, donèc pertránseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursùm vivat? Cunctis diébus, quibus nunc mílito, expécto donèc véniat immutátio mea. Vocábis me, & ego respondébo tibi: Operi mánuum tuárum pórriges dexteram. Tu quidèm gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.


RES-


RESP. VI.


N  E re cor dé- ris


 pec cá ta me- a Dó- mi ne. * Dum

 vé- ne ris ju di- cá- re sæ- cu-

 lum per ig- nem. y. Dí- ri-


 ge Dó- mi ne De us me- us in cons-

 pé- ctu tu- o vi am me- am. * Dum


 vé- ne ris ju- di- cá- re sæ- cu- lum

DEFUNCTORUM.


113




lum per i- gnem. ⁊. Ré- qui em




æ- tér- nam do na e- is Dó- mi ne,



& lux per pé- tu a lú- ce at e-




is. * Dum vé- ne ris ju- di- cá- re



sæ- cu lum per i- gnem.

In Stationibus.



Ky- ri e e lé- i- son.



Christe e lé- i son. Ky- ri e e lé- i son.

P

IN

IN TERTIO NOCTURNO.

(Pro feria quarta, & sabbato.)

ANTIPHONA.

C Om plá- ce at ti bi Dómi ne ut e-
 rí- pi as me Dó mi ne ad ad juvándum me
 rès- pi- ce. *Secundus tonus.*

Psalmus 39.

EXpéctans expectávi Dóminum: * & inténdit mihi.

Et exaudivit preces meas: * & edúxit me de lacu misériae, & de luto foecis

Et státuit supra petram pedes meos: * & diréxit gressus meos.

Et immisit in os meum cánticum novum: * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, & timébunt: * & sperábunt in
Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus: *
& non respéxit in vanitátes, & insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua: *

& cogitátióibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiávi, & locútus sum: * multiplicáti sunt
super númerum.

Sacrificium, & oblatiÓNem nolúisti: * aures autem
perfecísti mihi.

Holocáustum & pro peccáto non postulásti: * tunc
dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem vo-
luntátem tuam: * Deus meus volui, | & le-
gem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in Ecclésia magna: *
ecce lábia mea non prohibébo: | Dómine tu
scísti.

Justítiam tuam non abscondi in corde meo: * ve-
ritátem tuam, & salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam, & veritátem
tuam * à concilio multo.

Tu autem Dómine ne longè fácias miseratiónes
tuas à me: * misericórdia tua, & véritas tua
semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non

est numerus: * comprehendérunt me iniquitates meæ, | & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capillos cápitis mei: * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine, ut éruas me: * Dómine ad adjuvándum me respice.

Confundántur, & reveereántur simul, qui quæerunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur rotrórsùm, & reveereántur * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam: * qui dicunt mihi: Eugè, eugè.

Exúltent, & læténtur super te omnes quæerentes te, * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, | qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum, & pauper: * Dóminus solícitus est mei.

Adjútor meús, & protector meus tu es: * Deus meus ne tardáveris.

Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine.


Et lux perpétua * lúceat eis.

Ana. **C** 


Om-plá- ce at ti bi Dómine, ut

DEFUNCTORUM.

117



e-ri-pi-as me Dó-mi-ne ad ad-ju-vándum




me-rés-pí-ce.



Aria.

S

A-na Dó-mi-ne á-ni-mam me-am qui



a-pec-cá-vi-ti-bi.

*Secundus tonus.**Psalmus 40.*

BEátus, qui intélligit super egénium, & páu-
perem: * in die malâ liberábit eum Dó-
minus.

Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum, | &
beátum fáciat eum terrâ: * & non tradat eum
in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris
ejus: * univérsum stratum ejus versásti in in-
firmitáte ejus.

Ego

Ego dixi: Dómine miserére mei: * sana animam
meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixerunt mala mihi: * quandò moriétur,
& peribit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: *
cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foràs: * & loquebátur in idípsum.
Advérsùm me susurrábant omnes inimíci mei: *
advérsùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iniquum constituérunt advérsùm me: *
nunquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi: * qui
edébat panes meos, | magnificávit super me
supplantatióem.

Tu autem Dómine miserére mei, & resuscita
me: * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me: * quóniam
non gaudébit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepísti: * &
confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel à sæculo & us-
que in sæculum: * fiat, fiat

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

DEFUNCTORUM.

119

Aña. **S** A-na Dó-mine á-ni mam meam qui-
a pec cá-vi ti-bi.

Aña. **S** I-ti vit á-ni ma me a ad De-
um vi vum quan do vé-ni am & appa-ré-
bo an-te fá-ci em Dó-mi ni.

* *Secundus tonus.*

Quemádmodum desiderat cervus ad fontes
aquárum : * ita desiderat ánima mea ad
te Deus.

Siti-

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: * quan-
do véniam, & apparebo ante fáciem Dei?

Fuerunt mihi lácrymæ meæ panes die, ac nocte: *
dùm dicitur mihi quotidiè: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam
meam: * quóniam transibo in locum taberná-
culi admirábilis, | usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis, & confessiόνis: * sonus
epulantis.

Quare tristis es ánima mea: * & quare contúr-
bas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: *
salutare vultûs mei, & Deus meus.

Ad me ípsam ánima mea conturbata est: * pro-
pterea memor ero tui de terrâ Jordánis, | &
Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat: * in voce cataractárum
tuárum.

Omnia excélsa tua, & fluctus tui: * super me
transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: *
& nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ: * dicam Deo:
Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? * Et quare contristátus in-
cédo, dùm affligit me inimicus?

Dùm

DEFUNCTORUM.

121

Dùm confringúntur ossa mea: * exprobravérunt
mihi qui trébulant me inimici mei.


Dùm dicunt mihi per singulos dies: | Ubi est
Deus tuus? * Quare tristis es ánima mea, &
quare contúrbas me?


Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: *
salutáre vultús mei, & Deus meus.


Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Aria. **S**  I tí- vit á- ni ma me a ad De-


 um vivum quan do vé- ni- am & appa- ré-

 bo ante fá- ci em Dó- mi ni.

 y. Ne tradas bés ti- is á- nimas confi tén tes

Q

ti-



ti- bi. Et á- ni mas páuperum tu ó rum ne



o bli- vis cá tis in fi- nem. Pater noster: *totum secretò.*

Lectio septima. *Job. 17.*

SPÍRITUS meus attenuábitur, dies mei breviabún-
tur, & solùm mihi súperest sepúlchrum. Non
peccavi, & in amaritudínibus morátur óculus meus.
LÍbera me Dómine, & pone me juxta te, & cu-
júsvis manus pugnet contra me. Dies mei transié-
runt, cogitatiónes meæ dissipátæ sunt, torquén-
tes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rur-
sùm post ténebras spero lucem. Si sustinúero, in-
férnus domus mea est, & in ténebris stravi léctu-
lum meum. Putrédini dixi: Pater meus es; mater
mea, & soror mea, vérmibus. Ubi est ergò nunc
præstolátio mea, & patiéntiam meam quis consi-
derat?

RESP. VII.



Ec cán- tem me quo- tí- di-
e,

DEFUNCTORUM.

123

e, & non me pœni-tén-tem, ti-mor
 mor-tis con-túr-bat me, * Qui a in in-
 fér-no nul-la est re-dém-pti-o,
 mi-se-ré-re me- i De-us, & sal-
 va me. y. De-us in nó-mi-ne tu-o
 sal-vum me fac, & in vir-tú-te tu-a lí-
 be-ra me. * Qui a in in-fér-no nul-la
 Q ii est

est re-dém- pti o, mi se-ré re me-
i De us, & sal- va me.

Lectio octava.

Job. 19.

Pelli meæ, consúptis cárnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantúmmodò lábia circa dentes meos. Misérémini mei, miserémini mei, saltém vos amici mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei? Quis mihi det ut exaréntur in libro stylo ferreo, & plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quòd Redémptor meus vivit, & in novíssimo die de terrá surrectúrus sum: & rursùm circúmdabor pelle meá, & in carne meâ vidébo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, & óculi mei conspectúri sunt, & non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

RES-

DEFUNCTORUM

125

RESP. VIII

D

O. mi ne, secúndum a-

ctum me- um no li me ju- di- cá-

re: ní hil di- gnum in cons- pé- ctu tu- o


e- gi: í- de- o dé- pre cor ma-

jes tá- tem tu- am. * Ut tu Deus dé-

le- as i- ni qui tá- tem me- am.

ŷ. Am- pli us la- va me, Dó- mi ne,


ab




ab in-jus-ti-ti-a me-a, & à de-lí-



cto me-ō mun-da me. * Ut tu




Deus dé-le-as i-ni-qui-tá-tem me-am?




In stationibus, y. Ré- qui em æ-tér-



nam do-na-e-is Dó-mine, & lux per pé-



tu-a lú-ce-at e-is. * Ut tu



Deus dé-le-as i-ni-qui-tá-tem me-am. y.

Ky-

DEFUNCTORUM.

127

Ky- ri e e- lé- i son. Chris- te e-
lé- i- son. Ky- ri e e- lé- i- son.

Lectio nona.


Job. 20.

QUarè de vulvâ eduxisti me? qui útínàm con-
súmpsus essem, ne óculus me vidéret. Fuís-
sem quasi non essem, de útero translátus ad
túmulum. Nunquid non páucitas diérum meórum
finiétur brevi? Dimítte ergò me, ut plangam páu-
lulùm dolórem meum; antequam vadam, & non
revértar, ad terram tenebrósam, & opértam mor-
tis calígne: terram misériæ & tenebrárum, ubi
umbra mortis, & nullus ordo, sed sempitérnus
horror inhabitat.

*In officio novem lectionum, & in statione ulti-
mâ in die omnium fidelium defunctorum, & nos-
trorum Anniversariorum, semper dicitur sequens*

RESP.


RESP. IX.

L


I-bera me, Dó-mi-ne,




de mor-te æ-tér-na in di-e




il-la tre men-da. * Quan-do cœ-




li mo vén-di sunt, & ter-ra. * Dum



vé-ne ris ju-di-cá-re



sæ-cu lum per i-gnem. y. Tre mens








factus sum e-go, & tí-me o, dum dis-cú-

DEFUNCTORUM.

129

cús-si-o vé- ne rit, at que ven tú-
 ra i- ra. * Quan do cœ- li mo vén-
 di sunt, & ter- ra, y. Di- es il- la, di-
 es i- ræ, ca- la mi- tá- tis, & mi- sé- ri-
 æ, di- es ma gna, & a- má- ra val- dè.
 * Dnm vé- ne ris ju- di- cá-
 re sæ- cu lum per i- gnem. y. Ré qui-
 R em



DEFUNCTORUM.

131

i- gnem. *In Stationibus.* Ky- ri- e
 e- lé- i- son. Chris- te e- lé- i- son.
 Ky- ri- e e- lé- i- son.

*Sequens Responsorium dicitur in Officio trium
 Lectionum.*

RESP. IX. **L**

I-bera me, Do- mi- ne,
 de- vi- is in- fér- ni, qui portas æ-
 re- as con- fre- gis- ti, & vi- si- tás
 R ii ti




ti in-fér-num, & de dis-ti e is lú-




men, ut vi-dé-rent te * Qui e-rant



in pœ-nis te ne-brá-rum




γ. Cla mán-tes, & di-cén-tes: Ad ve nís-



ti Re dém ptor nos-ter. * Qui e-rant



in pœ-nis te ne-brá-ti-zi rum



γ. Ré qui em æ-tér-nam do na e-is Dó-

mi-

DEFUNCTORUM.

mi ne, & lux perpé- tu a lú- ce at e- is.

* Qui e- rant in pœ- nis te- ne-

brá- rum. *In Stationibus.* Ky- ri- e

e- lé- i- son. Chris te e- lé- i- son. Ky- ri-


e e- lé- i- son.

AD LAUDES.

Absolute incipitur ANTIPHONA.

E X- ul- tá- bunt Dómi no os- sa hu mi- li-

Cor



li-á- ta.

*Primus tonus.**Psalmus 50.*

Miserere mei Deus: * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, | & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spírítum re-
ctum ínnova in viscéribus meis.

Ne projicias me à fácie tuâ: * & spírítum sanctum
tuum ne áuferas à me

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * & spírítu prin-
cipáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpii ad te con-
verténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salutis meæ:
* & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries: * & os meum annun-
tiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium, dedíssem uti-
què: * holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spírítus contribulátus: * cor con-
trítum & humiliátum Deus non despícies.

Benígnè fac Dómine in boná voluntáte tuâ Sion: *
ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiæ, oblatiónes,
& holocáusta: * tunc impónent super altáre
tuum vítulos.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Añá **E** X-ul- tá bunt Dó mi- no os- sa
hu mi- li- á- ta.

Añá. **E** X- áu di Dó- mi ne o- ra- ti- ó- nem
me- am ad te om- nis ca- ro vé- ni- et.

Octavus tonus.

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: * & tibi red-
détur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratióem meám: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos: * & im-
pietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegísti, & assumpsisti: * inhabitá-
bit in átriis tuis.

Re-

Replébimur in bonis domûs tuæ: * sanctum est
templum tuum mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus salutáris noster: * spes ómnium
finium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tuâ, accinctus potén-
tiâ: * qui contúrbas profúndum maris, sonum
fluctuum ejus:

Turbabúntur Gentes, | & timébunt qui hábitant
términos á signis tuis: * éxitus matutíni, & ves-
perè delectábis.

Visitásti terram, & inebriásti eam: * multiplicás-
ti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, | parásti cibum
illórum: * quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, múltiplica genímima ejus: *
in stillicídiis ejus lætábitur germinans.

Benedíces coronæ anni benignitátis tuæ: * & cam-
pi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti: * & exultatióne col-
les accigéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, & valles abundábunt
fruménto: * clamábunt, étenim hymnum di-
cent.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * líceat eis.

Añá **E** X áu di Dó mi ne o ra ti ó nem
me am ad te om nis ca ro vé ni et.

Añá. **M** E sus cé pit dex te ra tu a
Dó mi ne. *Septimus tonus.*

Psalmus 62.

Deus Deus meus: * ad te de luce vígilo.
Sítívit in te ánima mea: * quàm multiplíci-
ter tibi caro mea.
In terrâ desértâ, & ínvíâ, & inaquósâ: * sic in
sancto appáruí tibi, | ut vidérem virtútem tuam,
& glóriam tuam.
Quóníam mélior est misericórdia tua super vitas:
* lábia mea laudábunt te.
Sic benedícam te in vitâ meá: * & in nómine tuo
levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea :
* & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, | in matu-
tínis meditábor in te : * quia fuísti adjútor meus.
Et in velaménto alárum tuárum exultábo, | ad-
hæsit ánima mea post te : * me suscepit déxte-
ra tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam, |
introíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in ma-
nus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, | laudabúntur omnes
qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os lo-
quéntium iníqua.

Psalmus 66.

DEus misereátur nostri, & benedícat nobis : *
illúminet vultum suum super nos, | & mi-
sereátur nostri.

Ut cognoscámus in terrâ viam tuam : * in ómni-
bus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : * confiteántur tibi
pópuli omnes.

Læténtur & exúltent gentes : * quóniam júdicas pó-
pulos in æquitáte, | & gentes in terrâ dirigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, | confiteántur tibi
pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, | benedicat
 nos Deus: * & métuant eum omnes fines terræ.
 Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.
 Et lux perpétua * lúceat eis.

Añá. **M** E sus- cé- pit déx te ra tu- a
 Dó- mi ne.

Añá. **A** - por- ta ín- fe- ri é- ru e
 Dó mi ne á- nimam me- am. *Secundus tonus.*

Canticum Ezechie.

Isaia 38.

E Go dixi: In dimídio diérum meórum: * va-
 dam ad portas ínferi.

Quæsiui residuum annórum meórum: * dixi: Non
 vidébo Dóminum Deum in terrâ vivéntium.

Non

Non aspiciam hóminem ultrà: * & habitatórem
quiétis.

Generátio mea abláta est, & convolúta est à me:
* quasi tabernáculum pastórum.

Præcísá est velut à texénte vita mea: ¶ dùm ad-
huc ordírer, succídit me: * de manè usque ad
vésperam finies me.

Sperábam usque ad manè: * quasi leo sic contrí-
vit ómnia ossa mea.

De manè usque ad vésperam finies me: * sicut pul-
lus hirúndinis sic clamábo, ¶ meditábor ut co-
lúmba.

Attenuati sunt óculi mei: * suspiciéntes in excélsu.
Dómine vim pátiar, respónde pro me: * Quid
dicam, aut quid respondébit mihi, cùm ipse
fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos: * in amari-
túdine ánimæ meæ.

Dómine si sic vívitur, & in tálibus vita spíritus
mei, ¶ corrípies me, & vivificábis me: * Ecce
in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu autèm eruísti ánimam meam, ut non períret: *
projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quíà non inférnus confitébitur tibi, ¶ neque mors
laudábit te: * non expectábunt, qui descéndunt
in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego
hódie: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.
Dómine salvum me fac: * & psalmos nostros can-
tábimus | cunctis diébus vitæ nostræ in domo
Dómini.

Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine.
Et lux perpétua * lúceat eis.

Aria. **A** - por - ta in - fe - ri e - ru - e

Dó mi ne á - ni - mam me - am.

Aria. **O** M nis spí - ri tus lau - det Dó - mi -

num. *Septimus tonus.*

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de cœlis: * laudate eum
 in excelsis
 Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum
 omnes virtútes ejus.
 Laudáte eum Sol, & luna: * laudáte eum omnes
 Stellæ, & lumen.
 Laudáte eum cœli cœlórum: * & aquæ omnes,
 quæ super cœlos sunt, | laudent nomen Dómini.
 Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit,
 & creata sunt.
 Státuit ea in ætérnum, & in sæculum sæculi: *
 præceptum pósuit, & non præteríbit.
 Laudáte Dóminum de terrâ: * dracones, & omnes
 abyssi.
 Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellá-
 rum: * quæ faciunt verbum ejus.
 Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, &
 omnes cedri.
 Béstiæ, & univérſa pécora: * serpéntes, & vó-
 lucres pennátæ.
 Reges terræ, & omnes pópuli: * príncipes, &
 omnes júdices terræ
 Júvenes, & vírgines, | senes cum junióribus lau-
 dent nomen Dómini: * quia exaltátum est no-
 men ejus solús

Conféssio ejus super cœlum, & terram: * & ex-
altávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: * filiis Israel, pó-
pulo appropinquánti sibi.

Psalmus 149.

CAntáte Dómino cánticum novum: * laus ejus
in Ecclesiâ sanctórum.

Lætétur Israel in eo, qui fecit eum: * & filii Sion
exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, &
psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: *
& exaltábit mansuétos in salutem.

Exultábunt sancti in glóriâ: * lætabúntur in cubi-
culis suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * & gládii an-
cípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natióibus: * increpa-
tiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * &
nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscriptum: * glória
hæc est ómnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtutis ejus.

Laudáte eum in virtutibus ejus: * laudáte eum secúndum multitudínem magnítudinis ejus.


Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psalterio, & cíthara.


Laudáte eum in tympano, & choro: * laudáte eum in chórdis, & organo.

Laudáte eum in cymbalis benè sonántibus, | laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.


Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Aria **O**  M nis spí- ri tus lau- det Dó- mi num.



ŷ. Au dí- vi vo cem de cœ lo dicentem mi hi.



ŷ. Be á ti mórtu i, qui in Dómi no mo ri- un tur.

T

AD

AD BENEDICTUS ANTIPHONA.

E - go sum re-sur récti o, & vi- ta;
 qui cre- dit in me, é- ti am si mór tu- us fú-
 e rit, vi vet; & o mnis, qui vi vit, & cre- dit
 in me, non mori- é- tur in æ- tér- num.

*Secundus tonus.**Canticum Zachariæ.**Luc. i.*

Benedictus Dóminus Deus Israel: * quià visi-
 távit, & fecit redemptionem plebis suæ.
 Et eréxit cornu salutis nobis: * in domo David
 púeri sui.

Si-

Sicut locútus est per os sanctórum: * qui à sæculo sunt, Prophetárum ejus.

Salútem ex inimicis nostris: * & de manu ómnium, qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * & memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum: * datúrum se nobis.

Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti: * serviámus illi.

In sanctitáte, & justitiâ coram ipso: * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus: * in remissionem peccatórum eórum.

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos óriens ex alto.

Illumináre his, qui in ténebris, & in umbrâ mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in

viam pacis.

Réquiem ætérnam * doná eis Dómine.

Et lux perpétua * luceat eis.

Ana. **E** - go sum re sur récti o , & vi-
 ta ; qui cre- dit in me , é- ti am si mór- tu- us
 fú- e- rit, vi vet ; & om nis , qui vi vit , & cre-
 dit in me , non mo ri- é- tur in æ- tér- num.

Celebrans alta voce dicit: Pater noster. Et omnes genuflectant. Quo sub silentio completo dicat eadem voce: ✠. Et ne nos inducas in tentationem. ✠. Sed libera nos à malo. Postea dicitur sine cantu sequens Psalmus De profundis: sed omititur in die omnium Fidelium defunctorum, & in die obitus, seu depositionis defuncti.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Dómine: * Dómine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A' custodiã matutinã usque ad noctem: * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israel: * ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * luceat eis.

ŷ. A' porta inferi. R. Erue Dómine ánimas eórum.
(vel ánimam ejus.)

ŷ. Requiéscant (vel Requiéscat) in pace. R. Amen.

ŷ. Dómine exaudi oratióem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

Deinde surgit Celebrans, & stans dicit:

ŷ.

ŷ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.


Postea dicat orationem competentem ut supra in Vesperis.

Deinde quando non sequitur Missa Defunctorum dicit Celebrans:

ŷ. Requiem ætérniam ✠ dona eis Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat eis.

Cantores
dicunt




ŷ. Requi és cant in pa- ce. R. A men.


MISSA PRO DEFUNCTIS.

INTROITUS.


R



E. qui em æ- ter- nam do-



na e- is Dó- mi ne; & lux per-









pé- tu a lú- ce at e-






is.

DEFUNCTORUM.

151



e-



Si distribuendæ sunt candelæ in Missis separatis ab officio (in quo distribuuntur in Laudibus & Vesperis, & accèduntur ad Cantica) distribuantur post Epistolam, & accendantur ad Evangelium, ad elevationem Sacramenti usque ad finem Communionis, & post Missam dum fit Absolutio.


DEFUNCTORUM.

GRADUALE.


R



E- qui em æ- tér-




nam do- na e- is




Dó- mi ne; & lux perpé-



tu- a lú- ce at e- is.



⁊ In me mó ri a æ- tér- na




e- rit ius- tus; ab au- di- ti- ó-



ne ma- la non ti- mé-

V



mé-bit. TRACTUS. Ab sol-




ve, Dó-mi ne, á-ni mas óm ni um fi-




dé-li um de fun-ctó-



om ni vín cu lo de-li-ctó-



rum. y. Et grá-ti-a tu-a il-lis succur-



rén-ni-bi-bus tuis, me re-án-tur e-




vá de re ju-dí-cium ul-ti-ó-

nis.

DEFUNCTORUM.




nis. x. Et lu- cis æ- tér- næ




be a- ti- tú- di ne pér- fru- i.


SEQUENTIA.




D I- es i- ræ di- es il- la, Solvet sæ-



clum in fa- vîl la: Tes te David cum Sybîl- la.



Quantus tremor est fu- tú rus, Quando ju-




dex est ven tu- rus, Cun cta stri ctè dis cus-


M I S S A



sú rus. Tuba mi- rum spar gens so num




Per se- púl chra re gi- ó num, Co- get om- d



nes an te thronum. Mors stu pé- bit, &




na- tú- ra, Cum re súrget cre a- tú ra, Ju-




di- cán- ti res pon sú- ra. Li- ber



scri ptus pro- fe- ré- tur, In quo totum con-




ti- né- tur, Un de mundus ju- di- cé- tur.




Ju-

DEFUNCTORUM.


157




Ju- dex er- go cùm se- dé- bit, Quidquid



la- tet ap pa ré- bit: Nil in úl- tum re ma-




né- bit. Quid sum mi ser tunc di cù- rus?




Quem pa- tró- num ro- ga tú rus? Cùm vix jus-



tus sit se- cú rus. Rex tre mén dæ ma-



jes- tá- tis, Qui sal- ván- dos salvat gratis,




Sal va me fons pi- e- ta- tis. Re cor dá-

re


re Je- su pi- e, Quod sum causa tu- æ
 vi- æ, Ne me per- das il- la di- e. Quæ-
 rens me se- dis- ti las- sus, Re de mis- ti
 crucem passus: Tan tus la- bor non sit cassus.
 Jus- te Ju- dex ul- ti- ó- nis, Donum fac re-
 mis si ó- nis An te di em ra- ti- ó- nis
 In- ge mis- co tam quam re- us: Cul- pa

DEFUNCTORUM.


159



ru bet vultus me- us : Sup pli cán- ti par- ce




De- us. Qui Ma rí am ab sol ví- ti, Et



la- tró- nem ex au dí- ti, Mi hi quoque spem




de dí- ti. Pre ces me æ non sunt di gnæ:



Sed tu bo- nus fac be- ni gnè, Ne pe rén ni









cre mer i- gne. In ter o- ves lo- cum




præs- ta, Et ab hoc dis me se- qués tra,

Stá-




DEFUNCTORUM.


161.




us ho- mo re- us Huic er- go



par- ce De us: Pi- e Je- su Dómine,




Dona e- is ré qui- em. A- men.




OFFERTO-
RIUM.

D


O- mi ne Je- su Chris te,



Rex gló- ri æ, lí be ra á- nimas



óm- ni um fi- dé- li um de- fun- ctó-




rum de pœ nis in- fér- ni, & de profún-

X


do




do la- cu: lí be ra e- as de o-




re- le- ó- nis, ne ab sór be at e- as




tár- ta- rus, ne ca- dant in obs- cú-



rum: sed sí- gni fer san ctus Mí- cha el



re præsen- tet e- as in lu- cem




sanc- tam: * Quam o- lim A- bra hæ




pro mi- sís- ti, & sé- mi ni e- jus.

DEFUNCTORUM.


163




y. Hós- ti as, & pre- ces ti- bí Dó- mi-




ne, lau- dis of fé- ri mus: tu




sús- ci- pe pro a- ni- má- bus il- lis,



qua- rum hó- di- e me mó- ri am fá-




ci- mus: fac e as, Dó- mi ne, de mor te




tran- sí- re ad vi- tam. * Quam



o- lim A- bra hæ pro mi- sís- ti, &




sé mi-ni e-jus.




San ctus, San ctus, Sanctus, Dóminus De us

Sa ba oth. Ple ni sunt cœ li, & tē ra gló ri-



a tu-a, Hosán-na in ex-cél-sis.

Be-ne dí ctus, qui ve-nit in nó-mi-ne Dó mi-









ni, Ho sán-na in ex-cél sis.

A gnus De-i, qui tollis peccá-ta mun di, do-

DEFUNCTORUM.

165





æ- tér num, qui a pi- us es. v. Ré- qui em
 æ tér nam do na e- is Dómi- ne, & lux per-
 pé tu- a lú- ce at e- is. * Cum Sanctis tu-
 is in æ- tér- num, qui a pi- us es.

ORDO ABSOLUTIONIS.

Finita Missa, Celebrans in cornu Epistolæ exuitur Casula, & accipit Pluviale nigri coloris, depositis ab ipso, & ministris manipulis. Subdiaconus cum Cruce medius inter duos Ceroferarios sistit se ad pedes tumuli, contra Altare; Celebrans vero sistit in capite loci inter Altare, & tumulum in cornu Epistolæ; à sinistris ejus Diaconus, & duo Acolythi, ad thuribulum unus, alius ad

DEFUNCTORUM.

167








*ad byssopum, & librum: & cantatur sequens Respon-
sorium.*

L I- be ra me, Dó- mi ne, de mor-
te æ- tēr- na in di- e il- la tre-
mén- da: * Quan do cœ- li mo vén-
di sunt, & ter- ra. * Dun vé-
ne- ris ju di cá- re sæ- cu lum per
i- gnem. ✠ Tremens factus sum e- go,
&

& tí- me o, dum dis cús-si- o vé-
 ne rit, atque ven- tú- ra i- ra. * Quan-
 do cœ- li mo vén- di sunt, & ter-
 ra. y. Di- es il- la, di- es i- ræ, ca- la-
 mi tá- tis, & mi- sé- ri æ, di- es magna,
 & a ma- ra val- dè. * Dum vé-
 ne ris ju di- cá- re sæ- cu- lum per
 ignem.

POST MISSAM.

169



cá- re sæ- cu- lum per i- gnem.
 Ky- ri e e- lé- i- son. Chris- te e-
 lé- i- son. Ky- ri e e lé- i- son.

Circa finem hujus Responsrii Celebrans, ministrante Diacono naviculam, ponit incensum in thuribulo cum benedictione dicens: Ab illo benedicáris in cujus honóre cremáberis, Amen. ✠ Postea finito ultimo Kyrie eléison: dicit alta voce: Pater noster: quod prosequitur sub silentio; & interim circuit tumulum primò aqua benedicta, tribus ductibus in quolibet latere tumuli, secundo similiter cum thuribulo, comitante eodem Diacono à dextris, & tenente fimbriam anteriorem Pluvialis: cum transit ante Crucem facit ei profundam reverentiam: ministri verò genuflectunt. Postea voce competenti dicit:

- y. Et ne nos indúcas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.
 y. A' porta inferi. R. Erue Dómine ánimam ejus.
 y. Requíescat in pace. R. Amen.
 y. Dómine exáudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 y. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Posteà dicat orationem competentem ut infra.

Pro Summo Pontifice.

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fámu-
 li tui N. Summi Pontíficis ab omni vínculo
 delictórum; ut in resurrectionis glória inter san-
 ctos, & eléctos tuos resuscitatus respíret. Per
 Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Pro Episcopo (vel Archiepiscopo.)

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fámu-
 li tui N. Archiepiscopi (vel Episcopi) ab
 omni vínculo delictórum; ut in resurrectionis gló-
 ria inter sanctos, & eléctos tuos resuscitatus res-
 píret. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Pro Archiepiscopo (vel Episcopo) Cardinali.

Orémus.

A Bsólve, quæsumus Dómine, ánimam fámu-
li tui N. Archiepiscopi (vel Episcopi) Car-
dinális ab omni vínculo delictórum; ut in resur-
recciónis glória inter sanctos, & eléctos tuos re-
suscitátus respíret. Per Christum Dóminum nos-
trum. ꝛ. Amen.

Pro Presbytero Cardinali.

Orémus.

A Bsólve, quæsumus Dómine, ánimam fámu-
li tui N. Presbyteri Cardinális ab omni víncu-
lo delictórum; ut in resurrecciónis glória inter san-
ctos, & eléctos tuos resuscitátus respíret. Per
Christum Dóminum nostrum. ꝛ. Amen.

Pro Diacono Cardinali.

Orémus.

A Bsólve, quæsumus Dómine, ánimam fámu-
li tui N. Diaconi Cardinális ab omni víncu-
lo delictórum; ut in resurrecciónis glória inter san-
ctos,

ctos, & eléctos tuos resuscitatus respíret. Per
Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Pro Sacerdote.

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam famu-
li tui N. (Fratrís nostri) Sacerdótis ab omni
vínculo delictórum; ut in resurrectionis glória in-
ter sanctos, & eléctos tuos resuscitatus respíret.
Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Pro uno Defuncto Laico.

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam famu-
li tui N. (Fratrís nostri) ab omni vínculo
delictórum; ut in resurrectionis glória inter san-
ctos, & eléctos tuos resuscitatus respíret. Per
Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Pro una Defuncta.

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam famu-
læ tuæ N. (Soróris nostræ) ab omni vín-
culo delictórum; ut in resurrectionis glória inter

sanctos, & electos tuos resuscitata respiret. Per Christum Dominum nostrum. *ꝛ.* Amen.

Pro pluribus Defunctis.

Orémus.

Absolve, quæsumus Dómine, animas famulorum, famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis glória inter sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. *ꝛ.* Amen.

Pro Patre vel pro Matre tantum Sacerdotis.

Orémus.

Absolve, quæsumus Dómine, animam patris mei (vel matris meæ) ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis glória inter sanctos, & electos tuos resuscitatus (vel resuscitata.) respiret. Per Christum Dominum nostrum. *ꝛ.* Amen.

Pro Patre, & Matre Sacerdotis.

Orémus.

Absolve, quæsumus Dómine, animas patris, & matris meæ ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis glória inter sanctos, & electos tuos

tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Pro Patribus, & Matribus nostris Defunctis.

Orémus.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimas famulorum, famularumque tuarum parentum nostrorum ab omni vínculo delictorum: ut in resurrectionis glória inter sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen

Pro animabus generaliter, & in die omnium fidelium defunctorum.

Orémus.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimas ómnium fidelium defunctorum ab omni vínculo delictorum; ut in resurrectionis glória inter sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen. *Vel dicatur Oratio Fidelium Deus ut supra in Vesperis fol. 76.*

Pro

Pro tribus Anniversariis Ordinis nostri.

MENSE FEBRUARIO.

Orémus

Absólve, quæsumus Dómine, ánimas Patrum, Matrum, Fratrum, Sorórum, Familiárium, & Propinquórum Ordinis nostri ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectionis glória inter sanctos, & eléctos tuos resuscitati respírent. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

MENSE JULIO.

Orémus

Absólve, quæsumus Dómine, ánimas ómnium Benefactórum Ordinis nostri ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectionis glória inter sanctos, & eléctos tuos resuscitati respírent. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

MENSE NOVEMBRI.


Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimas Fratrum, & Sorórum Ordinis nostri ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectionis glória inter sanctos,

ctos, & eléctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

ŷ. Réquiem ætérnam ✠ dona ei (*vel eis*) Dómine.
R. Et lux perpétua lúceat ei (*vel eis.*)

*Dicto à
 Cantoribus.*



ŷ. **R** E qui és cat in pa- ce. *R.* A men.

Celebrans dicit (si dicendus sit) ŷ. Anima
 ejus (*vel Animæ eórum*) & ánimæ ómnium fidé-
 lium defunctorum per misericórdiam Dei requiés-
 cant in pace. *R.* Amen.

AD ABSOLUTIONEM

Cum quatuor Prælatiſ, ſeu Dignitatibus.

P Arentur quatuor Dignitates ſuperpelliceis,
 ſtolis, & Pluvialibus nigri, vel ſaltem vio-
 lacei coloris. Cæremoniarius cum duobus Acolythis,
 tenente uno vas aquæ benedictæ; alio thuribulum,
 miniſtrat cum Diacono unicuique Dignitatum per
 ordinem præferentiæ. Celebrans, & Dignitates ha-

beant juxta se sedilia, & sedeant dum cantantur Responsoria; ad orationes vero & thurificationes stant, cereos tunc manibus tenentes, quos Acolythis tradent, dum sedent. Cum perventum fuerit ad locum, & omnes per ordinem se collocant juxta sedilia; Celebrans incipit, sine Orémus, sequentem Orationem: nil mutando.

Non intres in judícium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo; nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio: non ergò eum, quæsumus, tua judiciális senténcia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christiánæ comméndat, sed gratiâ tuâ illi succurrénte mereátur evádere judícium ultiónis, qui dùm víveret, insignitus est signáculo Sanctæ Trinitátis. Qui vivis, & regnas, Deus, in sæcula sæculórum. R. Amen.

Finita hac oratione Celebrans, & Dignitates sedent, & cantatur Responsorium Subveníte Sancti Dei: ut suprà fol 7. Interim Cæremoniarius cum Diacono, thuriferario, & Acolythis cum aqua benedicta accedunt ad primam Dignitatem, quæ prope finem Responsorii, stando, (& similiter stantes reliquæ Dignitates) ministrante Diacono

na-

naviculam, incensum ponit in thuribulum cum benedictione dicens: Ab illo benedicaris, in cujus honore cremaberis. Amen. ✠ In fine Responsorii dicit alta voce Pater noster: & cum aspersorio facit circulos consuetos circa tumulum, & similiter cum thuribulo: dum transit ante Crucem profunde se inclinatur, ministri verò genuflectunt; & dum transeunt ante Celebrantem, & reliquas Dignitates mutuò se inclinant. Postea dicit:

Ÿ Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. A' porta inferi. ℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requiescat in pace. ℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi orationem meam.

℞ Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobiscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus, cui ómnia vivunt, & cui non péreunt moriendo córpora nostra, sed mutántur in mélius, te súpplices deprecámur, ut súscipi júbeas ánimam fámuli tui N. per manus Sanctórum Angelórum tuórum deducéndam in sinum amíci tui Abrahæ Patriarchæ, resuscitándamque in novíssimo iudicii magni die: & quidquid vitiórum,

diábolo fallénte, contráxit, tu pius, & miséricors ábluas indulgéndo. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Completa Oratione, omnes, sicut antea, sedent, dum cantatur Responsorium Qui Lázarus resuscitásti: ut supra fol 95 Interim Ceremoniarius, & alii ministri cum Diacono accedunt ad secundam Dignitatem, quæ facit idem, quod supra. In fine Responsorii dicat alta voce: Pater noster & post circulos dicat:

ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed libera nos à malo.

ÿ. A' porta ínferi. *R.* Erue Dómine ánimam ejus.

ÿ. Requiéscat in pace *R.* Amen.

ÿ. Dómine exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

ÿ. Dóminus vobíscum *R.* Et cum spírítu tuo.

Orémus.

FAc, quæsumus Dómine, hanc cum servo tuo **N.** defúncto misericórdiam: ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntátem; ut sicut híc eum vera fides junxit fidélium turmis, ità illic eum tua miserátio sóciat Angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum *R.* Amen.

Fi-

Finita ista oratione, sedent omnes, dum cantatur Responsorium Dómine quando véneris ut supra fol. 98. Interim Ceremoniarius ceterique accedunt ad tertiam Dignitatem, quæ, postquam fecerit idem quod supra, dicat alta voce in fine Responsorii Pater noster: & post circulos consuetos dicat:

ŷ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

ꝛ. Sed líbera nos à malo.

ŷ. A' porta ínferi. ꝛ. Erue Dómine ánimam ejus.

ŷ. Requiescat in pace. ꝛ. Amen.

ŷ. Dómine exáudi oratiónem meam.

ꝛ. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum. ꝛ. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

INclina, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur; ut ánimam fámuli tui N. quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis, ac lucis regióne constítuas; & Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum. ꝛ. Amen.

Statim sedent omnes, dum cantatur Responsorium Ne recordéris: ut supra fol. 112. Interim

Ce-

Cæremoniarius ceterique ministri accedunt ad quartam dignitatem, quæ facit omnia ut suprà, & in fine Responsorii dicat alta voce Pater noster: Aspergit & thurificat in circulo. Postea dicat:

ʒ. Et ne nos indúcas in tentatióem.

ʒ. Sed líbera nos à malo.

ʒ. A' porta ínferi. ʒ. Erue Dómine ánimam ejus.

ʒ. Requíescat in pace. ʒ. Amen.

ʒ. Dómine exáudi oratióem meam.

ʒ. Et clamor meus ad te véniat.

ʒ. Dóminus vobíscum. ʒ. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

ABsólve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. ab omni vínculo delictórum; ut in resurrectionis glóriâ inter Sanctos, & eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum. ʒ. Amen.

Sedeant omnes dum cantatur Responsorium Libera me Dómine de morte ætérna: ut suprà fol. 128. Interim Cæremoniarius cum Diacono & aliis ministris accedunt ad Celebrantem, qui factis omnibus ut suprà, dicat alta voce in fine Responsorii: Pater noster: &, peractis circulis cum byssopo, & thuribulo, dicat:


ʒ. Et

- †. Et ne nos indúcas in tentatióem.
 R. Sed libera nos à malo.
 †. A' porta ínferi. R. Erue Dómine ánimam ejus.
 †. Requiéscat in pace R. Amen.
 †. Dómine exáudi oratióem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 †. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fámulí
 tui N. ut defúnctus sæculo tibi vivat; & pec-
 cáta, quæ per fragilitátem carnis humanâ conver-
 satione commísit, tu veniâ misericordíssimæ pie-
 tátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum.
 R. Amen.

Celebrans dicat: †. Réquiem ætérnam ✠ do-
 na ei Dómine. R. Et lux perpétua lúceat ei.

Canto-
res. **R** 
 E qui és cat in pa- ce. R. A men.

Celebrans (si presens fuerit Cadaver) dicat:
 †. Anima ejus, & animæ ómnium fidélium De-
 functórum per misericórdiam Dei requiéscant in
 pace. R. Amen.

Deinde, si revertantur processionaliter ad Sacristiam; incipiat Celebrans sine cantu Antiphonam Si iniquitates, & chorus dicat Psalm. De profundis cum Réquiem æternam, &c.

ORDO SEPELIENDI SÆCULARES.

QUando contigerit Fratres exire ad deducendum corpus alicujus defuncti, commendetur anima cantando in ipsius domo Responsorium *Líbera me Dómine de morte æterna, vel Memento mei Deus: & in fine Sacerdos in tono dicat: Pater noster: quod prosequitur sub silentio, aspergendo interim præsens cadaver. Postea dicat in eadem voce:*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Set líbera nos à malo.

℣. A' porta ínferi. ℞. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Requíescat in pace. ℞. Amen.

℣. Dómine exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Oré-

Orémus.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam fámuli tui N. (*vel fámulæ tuæ N.*) ut defúnetus (defúncta) sæculo tibi vivat, & quæ per fragilitatem mundánæ conversatiónis peccáta commisit, tu veniá misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. *ꝛ.* Amen.

vel Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. (*vel fámulæ tuæ N.*) ab omni vínculo delictórum, ut in resurrectionis glóriá inter sanctos, & eléctos tuos resuscitátus (resuscitata) respiret. Per Christum Dóminum nostrum. *ꝛ.* Amen.

✠ Réquiem ætérnam ✠ dona ei Dómine.

ꝛ. Et lux perpétua lúceat ei.

✠ Requiescat in pace. *ꝛ.* Amen.

Quando feretrum deducitur processionaliter de domo ad Ecclesiam, dignior incipiat sine nota Antiphonam Exultábunt Dómino, & Cantores Psalm. Miserere mei Deus ut in Laudibus Defunctorum suprà fol. 134 alternatim cum Clero seu Choro. Ad ingressum Ecclesiæ repetitur Antiphona Exultábunt & Cantores immediatè incipiunt ꝛ. Subveníte suprà fol. 7. sine Kyrie eléison.

Deposito feretro in medio Ecclesiæ, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus Altare majus; si verò fuerit Sacerdos, caput sit versus ipsum Altare. Crucis minister sistit se ad caput defuncti medius inter duos ceroferarios cum candelabris, & candelis accensis, & omnes alii de Clero stant in circuitu feretri. Celebrans indutus superpelliceo, stola, & pluviali nigri coloris sistit se contra Crucem ad pedes defuncti; & dicit sine Orémus sequentem Orationem (nil mutando.)

Non intres in iudicium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judiciális sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christiánæ comméndat: sed gratiá tuá illi succurrénte, mereátur evádere iudicium ultiónis, qui dum víveret, insignitus est signáculo Sanctæ Trinitátis. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum. *℞. Amen.*

Deinde cantatur ℞. Libera me Dómine de morte ætérna. fol. 167.

Prope finem Responsorii Sacerdos incensum ponit in thuribulum, dicens: Ab illo benedicaris, in cuius honore cremaberis. Amen. ✠ Completo Respon-

ponsorio, dicit alta voce: Pater noster, &c. & secretò dicitur ab omnibus: ipse interim accipit à Ministro aspersionem Aquæ benedictæ, & facta profunda inclinatione Cruci, quæ est ex adverso, Ministro genuflectente, & fimbrias pluvialis sublevantem: circumiens feretrum (si transit ante Sacramentum genuflectit) ter aspergit corpus defuncti, deinde accipit thuribulum; & eodem modo, quo asperserat thurificat: postea redito thuribulo ei à quo acceperat, stans in loco suo, Ministro tenente Librum apertum, dicit eadem voce:

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. A' porta inferi. ℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requíescat in pace. ℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.


Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper, & párcere: te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui N. (vel fámulæ tuæ N.) quam hódie de hoc sæculo migráre jussísti; ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscaris in finem, sed júbeas eam à sanctis Angelis súscipi, & ad pátriam


paradisi perdúci : ut quia in te sperávit, & crédi-
dit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætér-
na possídeat. Per Christum Dóminum nostrum.
ꝛ. Amen.

*Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dica-
tur: pro anima famuli tui Sacerdotis, quam ho-
die, &c.*


*Finita Oratione, corpus defertur ad sepulturam
processionaliter; Celebrans pergit ante feretrum,
& Chorus interim cantat sequentem Antiphonam:*



I N pa-ra-dí- sum de dú- cant te An-ge-li:




in tu o ad vén- tu sus cí- pi ant te Már ty res,




& per dú- cant te in ci- vi- tá- tem sanctam



Je- rú sa lem Cho rus An-ge- ló- rum te sus- cí-
pi-



pi- at & cum Lá- za ro quondam páu- pe re




&- tér- nam há be- as ré- qui- em

Cùm autem pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens banc Orationem

Orémus.

DEus, cujus miseratióne ánimæ fidélium re-
quiescunt, hunc túmulum bene ✠ dícere di-
gnáre, eique Angelum tuum sanctum députa custó-
dem, & quorum, quarúmque córpora hic sepeliún-
tur, ánimas eórum ab ómnibus absólve vínculis de-
lictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine
læténtur. Per Christum Dñum nostrum. R. Amen.

*Dicta Oratione, Sacerdos Aqua benedicta asper-
gat, deinde incenset corpus defuncti, & tumulum:
postea intonet sequentem Antiphonam*



E - - - go sum. *Secundus tonus.*

Tunc

Tunc incipiant Cantores Canticum Benedictus

Canticum Zachariæ.

Luc. I.

Benedictus Dóminus Deus Israel: * quiã visitávit, | & fecit redemptionem plebis suæ. Et eréxit cornu salutis nobis: * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum: * qui à sæculo sunt, Prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis nostris: * & de manu ómnium, qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * & memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum: * datúrum se nobis.

Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti: * serviámus illi.

In sanctitáte, & justítiá coram ipso: * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer | Prophéta Altíssimi vocáberis: * præibis enim ante fáciem Dómini | paráre vias ejus.

Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatórum eórum.

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos óriens ex alto.

Illumináre his, | qui in ténebris, & in umbrá mortis

tis

tis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in
viam pacis.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * luceat eis.

Añã. **E** - - - Go sum re sur ré-cti-o, &
vi- ta; qui cre-dit in me, e- ti- am si
mór- tu us fú- e- rit, vi- vet; & om nis, qui
vi- vit, & cre-dit in me, non mo ri- é tur in
æ- tér- num.

*Posteà Sacerdos dicit: Kyrie eleison. Christe elei-
son. Kyrie eleison. Pater noster &c. interim corpus
aspergit*

✠. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

✠ Sed


- ℞. Sed libera nos à malo.
 ✠. A' porta ínferi. ℞. Erue Dómine ánimam ejus.
 ✠. Requiéscat in pace. ℞. Amen.
 ✠, Dómine exáudi oratiómem meam.
 ℞. Et clamor meus ad te véniat
 ✠. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

FAc, quæsumus, Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (*vel* fámula tua defúncta) misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (quæ) tuam in votis ténuít voluntátem; ut sicut híc eum (eam) vera fides junxit fidélium turmis, ita illic eum (eam) tua miserátio sóciét Angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen

- ✠. Réquiem ætérrnam ✠ dona ei, Dómine.
 ℞. Et lux perpétua lúceat ei.

Canto-
res



- ✠. Anima ejus, & ánimæ ómnium fidélium defunctorum per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℞. Amen.

Dein-

Dēinde, si revertantur processionaliter ad Sacristiam, incipiat Celebrans, sine cantu, Antiphonam Si iniquitates, & Chorus dicat totum Psalm. De profundis cum Réquiem ætérnam, &c.

Si ad majorem solemnitatem alia Responsoria in exequiis recitanda sunt; completa Oratione Non intres in judicium &c. fol. 186. Cantores incipiant Responsorium Qui Lazarum, fol. 11. Quo finito, Sacerdos dicat: Pater noster &c. & circumiens feretrum, aspergat, thurificet, & reversus in locum suum dicat. ʘʘ. & Orationem Deus cui proprium &c. fol 187.

Finita Oratione: Chorus cantat. R. Ne recordéris fol. 14. Sacerdos facit ut supra, postea dicit. ʘ. Et ne nos indúcas in tentationem R. Sed líbera nos à malo. ʘ. A' porta ínferi. R. Erue, Dómine, animam ejus. ʘ. Requíescat in pace. R. Amen. ʘ. Dómine, exáudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat. ʘ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, cui ómnia vivunt, & cui non péreunt moriéndo córpora nostra, sed mutántur in mélius: te súpplices deprecámur; ut súscipi júbeas

ánimam fámulí tui N. (*vel* fámulæ tuæ N.) per manus sanctórum Angelórum deducéndam in sinum amíci tui Abrahæ Patriarchæ, resuscitandámque in novíssimo iudícii magni die; & quidquid vitiórum, diábolo fallénte, contráxit, tu pius, & miséricors ábluas indulgendo Per Christum Dóminum nostrum ꝛ Amen.

Completa Oratione incipiant Cantores ꝛ. Libera me, Dómine, fol. 17 Sacerdos dicto Pater noster: asperget, & thurificet corpus ut supra. Deinde dicat ꝛꝛ. de more, & sequentem Orationem

Orémus.

Absólve, quæsumus, Dómine, ánimam fámulí tui N. (*vel* fámulæ tuæ N.) ut defúnctus (defuncta) sæculo tibi vivat; & peccáta, quæ per fragilitátem carnis humana conversatióne comísit, tu veniá misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. ꝛ. Amen.

Ꝛ. Req. ꝛ. Et lux. Cantores Requiescant &c. Ꝛ. Anima &c. ꝛ. Amen.

Quando exequiæ celebrantur post Missam, hac finita, Sacerdos in cornu Epistolæ exuitur Casula, & accipit Pluviale nigri coloris, depositis ab ipo, & ministris manipulis. Subdiaconus cum Cruce medius

dus inter duos Ceroferarios sistit se ad caput defuncti. Celebrans stat ad pedes tumuli contra Crucem: à sinistris ejus Diaconus, & duo Acolythi, ad turribulum unus, alius ad byssopum, & tenente Ministro librum ante eum, absolute dicet Orationem. Non intres in judicium, &c. fol. 186. Et postea omnia alia dicantur, quæ præscripta sunt. fol. 187.

Si defunctus, vel defuncta sepelitur habitu nostræ sacræ Religionis, debet ab aliquibus Fratribus nostris in sepulturam intromitti: & in fine hujus Officii, completo omnino, cantari debet R. Memento mei Deus, ut supra fol. 107. cum V. de more & oratione sequenti:

Orémus.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui (vel fámulæ tuæ) ab omni vínculo delictórum, ut in resurrectionis glóriá inter Sanctos, & eléctos tuos resuscitátus (resuscitáta) respíret. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.


V. Réquiem ætérnam ✠ dona ei, Dómine.

R. Et lux perpétua luceat ei.

V. Requiéscat in pace. R. Amen.

ORDO SEPELIENDI PARVULOS.

QUando contigerit Fratres exire ad deducendum corpus alicujus parvuli defuncti, commendetur anima dicendo in ipsius domo, postquam Celebrans aspenderit corpus, Antiphonam

S  It No men Dó mi ni. *Septimus tonus.*

Psalmus 112.

L Audáte, pueri, Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc, nunc, & usque in sæculum.

A' solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * & super cœlos glória ejus.


Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília respicit in cœlo & in terrâ?


Súscitans à terra ínopem, * & de stércore érigens páuperem.

Ut cóllocet eum cum princípibus: * cum princípibus pópuli sui.

Qui


Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætāntem. Glória Patri, &c.

Ant. **S**  It Nomen Dó-mi-ni be-ne-dictum

 ex hoc nunc & us que in sæ-cu-lum.

Dum portatur ad Ecclesiam dicitur Ps. Beati immaculati in via; & si tempus superest, dici potest Psalm. Laudate Dóminum de cœlis cum aliis duobus sequentibus, & in fine Glória Patri, &c.

Cum autem pervenerit ad Ecclesiam, sive quando parvuli cadaver ad nos venerit, Sacerdos indutus superpelliceo, stola, ac pluviali albi coloris incipit sequentem Antiphonam.

H  Ic ac-ci-pi-et. *Septimus tonus.*

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum. **Quis**

Quis ascendet in montem Dómini: * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens má nibus, & mundo corde: * quí non accé pit in vano á nimam suam, nec jurá vit in dolo proximo suo.

Hic accí piet benedictiónem à Dómino: * & mi sericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæ réntium eum: * quæ ren tium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, | & elevámini portæ æternales: * & introíbit rex glóriæ.


Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus fortis, & po tens, Dóminus potens in prælio,


Attóllite portas príncipes vestras, | & elevámini portæ æternales: * & introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ

Glória Patri, & Fílio, & Spíritui Sancto:

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculórum. Amen.

Añ.a. **H**  Ic ac cí- pi- et be ne di- cti- ó nem

 a Dó- mino, & mi se- ri cór di am à De o

sa-lu-tá-ri su o, qui a hæc est ge-ne-rá-
 ti-o quæren-ti um Dóminum. Ky-ri-e e-lé-
 i-son. Chri-ste e-lé-ison. Ky-ri-e e-lé-ison.

Collocato feretro in medio Ecclesie Sacerdos dicit alta voce Pater noster secretò &c. interim corpus aspergit

Posteà dicit: y. Et ne nos indúcas in tentatióem.
z. Sed líbera nos à malo.
y. Me autem propter innocéntiam suscepísti.
z. Et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.
y. Dóminus vobíscum. *z.* Et cum spírítu tuo.


Orémus.

OMnípotens, & mitíssime Deus, qui ómnibus párvulis renatis fonte Baptismátis, dum migrant à sæculo, sine ullis eórum méritis vitam íllicò largíris ætérnam, sicut ánimæ hujus párvuli hódie crédimus te fecísse: fac nos, quæsumus, Dómine, per intercessiÓNem beátæ Mariæ semper vírginis, & ómnium





San-

Sanctorum tuorum, hinc purificatis tibi mentibus famulari, & in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum, R. Amen.

Completa Oracione, corpus portatur ad sepulturam, & Celebrans incipit sequentem Antiphonam:



Psalm. Laudate Dominum de Coelis ut supra fol. 143. & in fine Gloria Patri, &c. Finito Psalmo, repetitur Antiphona, sed non ministratur incensum, etiam si solemniter celebretur.



Celebrans dicit: Pater noster: sine aspersione, nec thurificatione: sed sub silentio completo dicat:

ʒ. Et ne nos indúcas in tentatióem.

Ꝟ. Sed líbera nos à malo.

ʒ. Sínite párvulos veníre ad me.

Ꝟ. Tálíum est enim regnum cœlorum.

ʒ. Dóminus vobíscum. Ꝟ. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, sanctæ puritátis amátor, qui ánimam hujus párvuli ad cœlórum regnum hódie misericórditer vocáre dignátus es, dignéris étiam Dómine ita nobíscum misericórditer ágere; ut méritis tuæ sanctíssimæ Passiónis, & intercessióne beátæ Mariæ semper Vírginis, & ómnium Sanctórum tuórum, in eódem regno nos cum ómnibus Sanctis, & eléctis tuis semper fácias congaudére. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Ꝟ. Amen.

Deinde Celebrans, si solemniter celebretur, benedicit incensum ut supra: & corpus, ac tumulum aspergat aqua benedicta, & similiter thuri-

ficet : sed si non celebretur solemniter aspergat tantum aqua benedicta, sine incenso; & postea sepeliatur. Si autem à sepultura revertuntur processionaliter ad Sacristiam, Celebrans incipit, sine cantu, Antiphonam Benedicite: & Chorus Canticum, ut sequitur:

Canticum trium puerorum. Daniel 3. 57.

Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: *
 laudáte, & superexaltáte eum in sæcula.
 Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedícite
 cœli Dómino.
 Benedícite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt Dó-
 mino: * benedícite omnes virtútes Dómini
 Dómino
 Benedícite sol, & luna Dómino: * benedícite stel-
 læ cœli Dómino.
 Benedícite omnis imber, & ros Dómino: * be-
 nedícite omnes spíritus Dei Dómino.
 Benedícite ignis, & æstus Dómino: * benedícite
 frigus, & æstus Dómino.
 Benedícite rores, & pruina Dómino: * benedí-
 te gelu, & frigus Dómino.
 Benedícite glácies, & nives Dómino: * benedí-
 cite noctes, & dies Dómino.

Be-

Benedícite lux , & tenebræ Dómino : * benedícite
fúlgura , & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : * láudet , & superexal-
tet eum in sæcula.

Benedícite montes , & colles Dómino : * benedi-
cite univérſa germinántia in terrá Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária ,
& flúmina Dómino.

Benedícite cete , & ómnia , quæ movéntur in aquis
Dómino : * benedícite omnes vólucres cœli
Dómino.

Benedícite omnes béstiæ , & pécora Dómino : *
benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum : * laudet , & super-
exáltet eum in sæcula.

Benedícite Sacerdótes Dómini Dómino : * benedi-
cite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus , & ánimæ justórum Dómino : *
benedícite sancti , & humiles corde Dómino.

Benedícite Ananía , Azaría , Misael Dómino : *
laudáte , & superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem , & Fílium cum Sancto Spí-
ritu : * laudémus , & superexaltémus eum in
sæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cœli : * & lau-
dábilis , & glorióſus , & superexaltátus in sæcula.

Antiphona. Benedicite Dóminum omnes elécti ejus, ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.

Celebrans dicat ante Altare, vel imaginem:

ʒ. Dóminus vobíscum. ʒ. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut à quibus tibi ministrantibus in cœlo semper asístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum nostrum. ʒ. Amen.

Sic finitur Officium Sepulturæ Parvulorum.

S T A T I O N E S

I N P R O C E S S I O N I B U S

F A C I E N D Æ.

IN *secundis feriis non impeditis, quando in Kalendario notatur (Proc. Def.) & in die omnium Fidelium Defunctorum, ac in tribus Anniversariis Ordinis nostri fiat Processio per Claustum, & Ecclesiam.*

In Feriis secundis non portatur thuribulum, sed

sed tantum aqua benedicta: in die omnium fidelium Defunctorum, & in tribus Anniversariis supradictis non solum aqua benedicta, sed etiam thuribulum defertur.

S T A T I O I.

Chorus cantat R. Credo, quod Redemptor ut supra fol. 92.

Celebrans dicit: Pater noster: quod prosequitur sub silentio. In secundis feriis non thurificat: aspergit tantum sepulturas sine circulo. Deinde dicit:

- V. Et ne nos inducas in tentationem.
 R. Sed libera nos à malo.
 V. A' porta inferi. R. Erue Dómine ánimas eórum.
 V. Requiéscant in pace. R. Amen.
 V. Dómine, exáudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat
 V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

In feriis secundis. Orémus.

DEUS, qui inter Apostólicos Sacerdotes famulos tuos Pontificáli, seu Sacerdotáli fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus, ut eórum quo-

quoque perpétuo aggregentur consórtio Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

*In die omnium fidelium Defunctorum, & in tribus Anniversariis Ordinis nostri, benedicitur incensum more solito; Celebrans, dicto Pater noster; aspergit, & thurificat sepulchra sine circulo, sed in modum crucis; dicit *ŷŷ. supra*, & Orationem sequentem.*

Orémus.

PRæsta, quæsumus, Dómine, animábus famulorum tuórum Pontíficum, seu Sacerdotum, misericórdiæ tuæ imploratâ cleméntiâ, ut ejus, in quo speravérunt, & credidérunt, ætérnum cápian, te miseránte, consórtium. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

S T A T I O II.

Chorus cantat R. Qui Lázarum resuscitásti ut supra fol. 95.

Celebrans dicit: Pater noster, &c. ut supra.

ŷ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos à malo

ŷ. A' porta ínferi. Erue Dómine ánimas eórum.

ŷ.

ʎ. Requiéscant in pace. ʒ. Amen.

ʎ. Dómine exáudi oratiómem meam.

ʒ. Et clamor meus ad te veniat.

ʎ. Dóminus vobíscum. ʒ. Et cum spírítu tuo.

In feriis secundis. Orémus.

DEus, vénix largitor, & humanæ salutis amátor, quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ Congregatiónis fratres, soróres, confrátres, familiáres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper vírgine intercedénte, cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas Per Christum Dóminum nostrum. ʒ. Amen.

In die omnium fidelium Defunctorum, & in tribus Anniversariis Ordinis nostri benedicitur incensum, &c ut supra in prima Statione: sed oratio dicitur sic:

Orémus.

SUpplices, Dómine, pro animábus famulórum, famularúmque tuárum preces effúndimus, obsecrántes, ut quidquid conversatióne contraxérunt humana, & cleméner indúlgeas, & in tuórum sede lætántium constitúas redemptórum. Per Christum Dóminum nostrum. ʒ. Amen.

STA-

S T A T I O III.

Chorus cantat R. Dómine, quando véneris
ut suprà fol. 98.

Celebrans dicit: Pater noster, &c. *ut suprà.*

V. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed líbera nos à malo.

V. A' porta ínferi. R. Erue Dómine ánimas eorum.

V. Requiéscant in pace. R. Amen.

V. Dómine exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Sequens oratio dicitur tam in secundis feriis, quàm in die omnium fidelium Defunctorum, & in tribus Anniversariis Ordinis nostri: sed in feriis secundis non thurificantur sepulchra.

Orémus.

DEus, qui nos patrem, & matrem honoráre præcepísti, miserére cleménter animábus famulórum, famularúmque tuárum paréntum nostrórum, eorúmque peccáta dimitte: nosque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

STA-

S T A T I O IV.

Vel ingreduendo Ecclesiam: Chorus cantat
 R. Libera me Dómine de viis inférni (*solum in*
secundis feriis) ut suprà fol. 131.

Celebrans dicit: Pater noster: reliqua ut suprà.

Y Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed libera nos à malo.

Y. A' porta ínferi. R. Erue Dómine ánimas eórum.

Y. Requiéscant in pace. R. Amen.

Y. Dómine exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

FIdélium Deus ómnium Cónditor, & Redém-
 ptor animábus famulórum, famularúmque tuá-
 rum remissióem cunctórum tribue peccatórum;
 ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis
 supplicatióibus consequántur. Qui vivis, & re-
 gnas in sæcula sæculórum. R. Amen.

Y. Réquiem ætérnam ✠ dona eis Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat eis.

Cantores: Y. Requiéscant in pace. R. Amen.

Ultimo loco in Cæmeterio Fratrum nostrorum Regularium; & in die omnium fidelium Defunctorum, ac in tribus Anniversariis Ordinis nostri: Chorus cantat ꝛ. Ne recordéris ut supra fol. 112.

Celebrans dicit: Pater noster: quod prosequitur sub silentio; & aspergit tantum ipsa sepulchra sine circulo.

ꝛ. Et ne nos indúcas in tentatióem.

ꝛ. Sed líbera nos à malo.

ꝛ. A' porta ínferi. ꝛ. Erue Dómine ánimas eórum.

ꝛ. Requíescant in pace. ꝛ. Amen.

ꝛ. Dómine exáudi oratióem meam.

ꝛ. Et clamor meus ad te véniat.

ꝛ. Dóminus vobíscum. ꝛ. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimas famulórum tuórum Fratrum nostrórum ab omni vínculo delictórum; ut in resurrectiósni glória inter Sanctos, & eléctos tuos resuscitati respírent. Per Christum Dóminum nostrum. ꝛ. Amen.

ꝛ. Réquiem ætérrnam ✠ dona eis Dómine.

ꝛ. Et lux perpétua lúceat eis.

Cantores: Requiéscant in pace. R. Amen.

Finis Processionis Defunctorum in secundis feriis non impeditis.

S T A T I O T I V.

In die omnium fidelium Defunctorum, & in tribus Anniversariis Ordinis nostri.

Chorus cantat R. Meménto mei Deus ut supra fol. 107.

Celebrans dicit: Pater noster: aspergit, & thurificat sine circulo.

ŷ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Set libera nos à malo.

ŷ. A' porta ínferi. R. Erue Dómine ánimas eórum.

ŷ. Requiéscant in pace. R. Amen.

ŷ. Dómine exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

O r é m u s.

DEus, cui soli cómpetit medicínam præstare post mortem, præsta, quæsumus, ut animæ famulórum, famularúmque tuárum, quorum

híc in sepúlchris collocáta sunt ossa, à terrénis exútæ contágiis, in tuæ redemptiónis parte numeréntur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum. R. Amen.

SITATIO IV.

In die omnium fidelium Defunctorum tantum, ubi fuerit Cæmeterium publicum: aliàs omittitur.

Chorus cantat R. Dómine secúndum actum meum ut supra fol 125.

Celebrans dicit: Pater noster: aspergat, & thurificet.

- ŷ. Et ne nos indúcas in tentatióne.
- R. Sed líbera nos à malo.
- ŷ. A' porta ínferi. R. Erue Dómine ánimas eórum.
- ŷ. Requiescant in pace. R. Amen.
- ŷ. Dómine exáudi oratióne meam.
- R. Et clamor meus ad te véniat.
- ŷ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, fidélium lumen animárum, adésto supplicatióne nostris, & da fámulis, & famulábus tuis, quorum córpora híc, & ubique in Christo requiéscunt, refrigérii sedem, quiétis beati-

titúdinem , & lúminis claritátem. Per eúmdem
Christum Dóminum nostrum. *℞.* Amen.

S T A T I O VI.

*Ingrediendo Ecclesiam , in die omnium fide-
lium Defunctorum , juxta Castrum doloris , vel
Tumulum.*

*Chorus cantat ℞. Libera me , Dómine , de
morte ætérna ut suprà fol. 128.*

*Prope finem hujus Responsorii , ponit. Cele-
brans incensum in thuribulum cum benedictione ,
more solito :*

*Dicit alta voce : Pater noster : quod prosequi-
tur sub silentio ; & interim , accepto aspensorio
cum aqua benedicta , aspergit tumulum circumcir-
ca ambulans , ter aspergens utramque partem ejus-
dem , & similiter thurificat. Postea dicit :*

℥. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

℥. A' porta ínferi. ℞. Erue Dómine ánimas eórum.

℥. Requiéscant in pace ℞. Amen.

℥. Dómine exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.


℥. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Oré-

Orémus.

F Idélium Deus ómnium Cónditor, & Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuarum, remissionem cunctórum tríbe peccatórum; ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicátionibus consequántur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum, ꝑ. Amen.

ꝑ. Réquiem ætérnam ✠ dona eis Dómine.
ꝑ. Et lux perpétua lúceat eis.

Canto-
res.


R E qui és cant in pa- ce. ꝑ. A men.

Et nihil est superaddendum post Absolutionem supra tumulum in die omnium fidelium Defunctorum: ex Decreto S. R. C. 2 Decemb. 1684.

Nota bene: In tribus Anniversariis Ordinis nostri debet fieri statim post Missam Absolutio ad tumulum, quia est particularis, & concordat cum Officio Missæ ejusdem Anniversarii in illa die; & postea fiat Processio Stationum; & in fine Absolutionis dicatur Animæ eórum &c. ut supra in suo loco fol. 177. In die autem omnium fidelium
De-

Defunctorum econtrario, debet fieri statim post Missam Processio Stationum, & in fine ejusdem Absolutio ad tumulum; quia tam Missa, quam Absolutio celebrantur pro omnibus fidelibus Defunctis, generaliter, & non tantum pro aliquibus in particulari.

*Item: Si vero Conventus non habuerit Claus-
trum, fiat Processio Defunctorum, in secundis fe-
riis non impeditis, & in die omnium fidelium De-
functorum, ac in tribus Anniversariis Ordinis nos-
tri, per Ecclesiam, (si in ipsa Ecclesia fuerint
sepulturae;) aliàs cantetur in ea tantum R. Libe-
ra me Dómine de morte ætérna: cum XV. consue-
tis, & oratione Fidelium Deus: ut suprà fol. 214.*

F I N I S.



INDEX

RERUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

A bsolutio communis post Missam Defunctorum - - - - -	fol. 166.
Absolutio solennis à quatuor Dignitatibus in Exequiis facienda - - - - -	177.
Commendatio Defuncti in domo - - - - -	184.
Delatio Defuncti ad Ecclesiam - - - - -	7.
Matutinum Defunctorum - - - - -	79.
Missa Defunctorum - - - - -	150.
Officium Sepulturæ Fratrum nostrorum, ac Monialium - - - - -	5.
Officium Sepulturæ Sæcularium Adultorum - - - - -	184.
Officium Sepulturæ Parvulorum - - - - -	196.
Orationes pro Defunctis - - - - -	68.
Orationes in Anniversariis Ordinis nostri - - - - -	77.
Stationes in secundis Feriis pro Defunctis, & in die omnium Fidelium Defunctorum, ac in tribus Anniversariis Ordinis nostri - - - - -	204
Vesperæ Defunctorum - - - - -	56.

